data varietate ſtatuum ⁊ officiorum ⁊ exercitio
rũ diuerſitate: vnde reſultat pulchritudo eius.
Et de hoꝛum ſingulis dicendum eſt ab inferio/
ribus incohando.

Explicit prologus. Incipit prima pars tertie
ptis ſume beati Antonini archiepi floꝛentini oꝛ
di. predica. de cũctis ſtatibus exercitijs ſiue arti
ficijs hominum. Primus titulus de ſtatu cõiuga
toꝛum: de matrimonio per modum predicatio/
nis. Capitulum. i.

# Beatus es et

bene tibi erit. Vxoꝛ tua
ſicut vitis abũdans in
lateribus dom⁹ tue. Fi
lij tui ſicut nouelle oli
uarũ. ps. 127. Dicit ſacro
ſanctũ cõcilium vniuer
ſale eccleſie. Non ſolũ
virgines ⁊ cõtinentes ⁊ vidue: ſed ẽt coniugati p
rectam fidẽ ⁊ bonã opationem deo placẽtes ad
eternã merentur beatitudinẽ puẽire: extra ð ſũ/
ma tri. ⁊ fide ca. c. i. Fuerũt quidã dicti taciani ⁊
martiani: qui dixerunt hoĩes in ſtatu cõiugali, ñ
poſſe ſaluari: ſed hi ab eccleſia, p hereticis repro
bati ſunt ⁊ condẽnati. Cũ enĩ deus fuerit auctoꝛ
⁊ inſtitutoꝛ coniugij: vt pꝫ gene. z. dicere cõiugiũ
eſſe peccatũ: eſt aſſerere deum auctoꝛẽ peccati:
ſed hoc eſt magna dei blaſphema. Oẽs pene ſãc
tiſſimi viri veteris teſtamẽti fuerunt coniugati.
Non ſolũ adã primus pr̃ nr̃. Sed ⁊ enoch trãſ/
latus in paradiſũ terreſtrẽ. Noe qui pſeruat⁹ fuit
in diluuio. Illi tres patriarche glorioſi abraam
iſac ⁊ iacob. Prudentiſſim⁹ ⁊ ſanctiſſim⁹ ioſeph.
Moyſes ille legis datoꝛ: qui deũ p eſſentiã vi/
dere meruit in hac vita. Cantoꝛ ſps ſancti dauid
, ppheta. Ezechias qui fecit ſolẽ redire in celo. x.
lineis. Optimus ille ioſias. Deniqꝫ ⁊ ipſa dñi mr̃
maria deſponſata fuit ioſeph: ſed nõ p hoĩem ſꝫ
opere ſps ſancti ĩpregnata. Mat. i. Qð enĩ in ea
natum ẽ de ſpũ ſancto ſẽper virgo pmanens: vt
ſicut prima cã ruine humani generis fuit mulier
eua cõiugata ⁊ tunc virgo. Sic ⁊ mulier eſſet cã
nr̃e redẽptionis ⁊ vite maria deſponſata ſemp ⁊
virgo. Sed ⁊ filius eius dñs nr̃ intereſſe voluit
nuptijs factis in cana galilee: vt hẽtur Io. z. eaſqꝫ
miraculo primo conuerſionis aque in vinum cõ
ſecrauit eas ex hoc approbans. Ipſe tñ qð perfe
ctiſſimũ eſt in genere caſtitatis elegit non coniu
giuꝫ cõtrahens: ſed virgo ſemp permanẽs: ⁊ Io
hãnẽ euangeliſtã cuius dicũtur ille fuiſſe nuptie
ad hoc puerit vt nondũ cõſumato matrimonio
virginitatẽ in euꝫ ſeruaret. Ita enim decet con
iugiũ bonũ ⁊ licitum declarare: ꝙ ſemper vidui
tas ⁊ virginitas vt melius pferatur. Unde au/
guſtinus. Nuptiarꝫ bonũ ſẽper quidẽ bonuꝫ eſt.
Qð bonũ ſẽper fuit ĩ populo dĩ. Sed aliqñ fuit
legis obſequiũ nunc ẽ ĩfirmitatis remediũ: in q/
bus vere eſt humanitatis ſolatiũ. Filioꝝ quippe
, percreationi operam dare: non canino moꝛe per
vſum, pmiſcuuꝫ feminaꝝ: ſed oꝛdine honeſto cõ
iugali nunc eſt in homine, pbãdus affectus: ⁊ ipſꝫ
tamen laudabilius tranſcendit ⁊ vincit celeſtia
cogitans animus chꝛiſtianus. Sed quoniam ſi/
cut ait dñs. Non omnes capiunt verbum hoc:
qui poteſt capere capiat. Que ſe non continet nu
bat: que non cepit deliberet: que egreſſa eſt per/
ſeueret: nulla aduerſario dtur occaſio: nulla xpo
ſubtrahatur oblatio. hec ille. 27. q. i. nuptiarum.
Non ſolum autẽ hoc. ſ. ſtatum coniugalem eſſe
bonum ð ſe ⁊ peruenire ad beatitudinẽ: ſed etiã
⁊ qualiter ſit tenendus talis ſtatus: vt ducat ad
vitam: oſtendit pſalmiſta ĩ pdictis verbis. Bea
tus es ⁊c. vbi tria notabimus. Premium vlti
matum: ad quod quilibet anxiatur ibi: beat⁹ es
⁊ bene tibi erit. Coniugiũ immaculatum: cui
illud reſeruatur: ibi vxoꝛ tua ſicͣ vitis ⁊c. Ef/
fectum deriuatum in quem iſtud oꝛdinatur ibi:
filij tui ſicut nouelle ⁊c.

# Quantum ad primum

certũ ẽ ꝙ vltimũ premium hominis eſt beatitu
do: ⁊ omnis moꝛtalium cura ⁊c. ad vnum beati
tudinis finem nititur peruenire inquit boetius
de philoſophica cõſolatiõe li. 3°. Et certe bñ tibi
erit ibi. Quanta enĩ ibi felicitas: vbi nullũ bo
num deerit: nullum malũ aderit: erit deus om/
nia. ſ. bona in oĩbus ait auguſtinus in vltimo ca
pitulo ð ciuitate dei li. vlti. Beatus ergo es nũc
ſpe: ⁊ bene tibi erit ibi in reſeruando ea que ſe/
quũtur opera virtuoſa. Circa autẽ iſtud premiũ
beatitudinis cõſideratur tripliciter matrimoniũ
ſpuale figuratum per carnale. Primum ẽ cõ/
iugium anagogicũ ad qð terminatur. Scðm
eſt coniugium allegoꝛicum per quod ipſe procu
ratur. Tertium eſt coniugium tropologicum:
per qð premium adipiſcitur. Primum coniu
gium naturale conſiſtit in coniunctione duaruꝫ
perſonarum animo principaliter in amoꝛe con/
iugali indiuiſibili. Et iſtud eſt coniugium anago
gicum. i. celeſte modo ſpualiſſimo ⁊ puriſſimo:
ibi enim in ſuperna patria anima coniungitͬ deo
intellectu clare ipſum cognoſcendo ⁊ affectu ar/
dentiſſime eum diligendo inſeparabiliter: vnde
ſequitur ſumma fruitio ⁊ maximum gaudium
quod vincit omnem delectationem mundi.
De multis ſanctis legimus: ꝙ rapti non quidem
ad claram dei viſionem: ſed ad aliquam altio/
rem cognitionem diuinoꝛum: ita abſoꝛti ſunt
in gaudium ⁊ conſolationem: ꝙ non ſentie/
bant aliquod penale: quod coꝛpoꝛi infigeba/
tur: nec curabant de cibo vel potu ⁊ huiuſmodi:
ſed omnia mundi faſtidiebant vt lutum: multo
magis in coꝛ hominis non aſcendit ĩmẽſum illð
gaudiũ ⁊ premiuꝫ: qð aĩa recipit ⁊ poſtea coꝛp⁹
ex cõiũctione pfecta ĩtellect⁹ ⁊ affect⁹ cuꝫ deo in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

prima:dequo cõiugio gaudẽt oẽs ãgeli ⁊ ſancti
anıci ſpõſe. vñ dr̃ apoca. Gaudeam⁹ ⁊ exultem⁹
⁊ dem⁹ glãꝫ ei:qm̃ venerũt nuptie agni.ſ.xp̃i cũ
q̃libet aĩa beata. In veteri teſtõ nondũ venerãt
nulla aĩa deo fruebatur:ſed xp̃o mortuo ⁊ aſcẽ/
dente apiente ianuã apoc.19. Beati qui ad cenã
nuptiaꝝ agni aduocati ſũt:q̃ figurate ſũt ꝑ nupti
as aſſueri regis:cũ ſibi dſpõſauit heſter pulcher
rimã q̃ iterpꝛetať humilis. Nõ.n.niſi ꝑ humilita
tem ad eũ ꝑuenit heſter.2. Deſpõſatio ꝗdẽ hui⁹
cõiugij ſupnalis fit hic in pñti baptiſmo vť pñia
ꝑ caritatẽ. Vñ apoſtolus.2.coꝛ.8. Deſpondi vos
vni viro. Et vtiqꝫ frãgi põt ſicut ſpõſaliciũ carna
le. Nã ꝑ peccatũ moꝛtale frangiť:ſed ꝑ pñiaꝫ re
integrať. Vñ hiere.3.dr̃ Si dimiſerit vir vxoꝛẽ
ſuã ⁊c̃. Sꝫ cõſumať in gl̃ia nec frangi põt. ¶ Se
cũdũ cõiugiũ.ſ.allegoꝛicũ ꝑ qd̃ ꝑuenit ad p̄miũ
celeſte ẽ iter xp̄m ⁊ eccleſiã celebratũ:qñ vꝫ dei
filius aſſũpſit nr̃am humanitatẽ cũ verbũ caro
factũ ẽ ⁊ hitauit in nobis. Jo.p̃. Iſtud matrimo/
niũ initiatũ fuit ĩ pr̃iarchis ⁊ pphetis. Vñ ⁊ oſee
2. pmiſit dicens Deſpõſabo te mihi in fide. Ra/
tificatũ ĩ ĩcarnatiõe ĩ quo mediatoꝛ fuit archan
gelus gabꝛiel:⁊ q̃ſi notarius exigẽs cõſenſũ vir
ginis ꝑ natura humana:qd̃ vt fecit dicẽs.fiat mi
hi ſm̃ verbũ tuũ:ſubito dei verbũ vnituꝫ ẽ nr̃e
humanitati ĩſolubiliter:ita vt nunq̃ alter alteꝝ
dimiſerit:neqꝫ verbuꝫ humanitatẽ:nec humani/
tas dei v̾bum:nec ẽt ĩ moꝛte qd̃ ⁊ figuratuꝫ fuit
ĩ matrimonio rebecce:q̃ ꝑ ꝓcuratoꝛẽ abꝛae elie
ꝫer deſponſata ẽ iſaac:q̃ xp̄m ſignificat poſtq̃ ex
pꝛeſſit cõſenſum ſuuꝫ:geñ.24.nec alterã unq̃ co
gnouit:ſꝫ valde eã dilexit. Cõſumatuꝫ fuit ĩ cru
ce:vñ ibi clamauit cõſumatuꝫ ẽ:qꝛ ibi oñſa ẽ ple
niſſime dilectio ei⁹.⁊ ꝑ ſacramẽta q̃ ex ea hñt v̾/
tutẽ pfecte vnita eccleſia ẽ:vñ ⁊ filij naſcunť ec/
cleſie. vñ ap⁹. Hoc aũt dico.ſ.cõiugiuꝫ naturale ma
gnuꝫ ĩ xp̄o ⁊ eccleſia ſacramẽtuꝫ ad cui⁹ coniu
gij nuptias oẽs vocãť:vt pabolice hẽtur mat.22
de rege q fecit nuptias filio ſuo ⁊ vocauit mltos
¶ Tertiuꝫ cõiugiuꝫ ẽ tropologicuꝫ ſeu moꝛale.
Et ſic dicať eẽ inter appetituꝫ rõalẽ ſeu ſpꝫ vt
viꝝ:⁊ ſenſualitatẽ vt vxoꝛẽ q̃ frequẽter cõtrariãť
adinuicẽ:qꝛ vt dr̃ ad gal.6. Caro cõcupiſcit ad/
uerſus ſp̄m ſicut mulier ꝯtriatur viro.dꝫ tñ ſẽſua
litas ſubijci viro.i.ſp̄ui ſm̃ illud gene.3. Sub vi
ri ptãte eris.⁊ ipſe dñabiť tui. De hoc magr̃ in 2⁰
ſñiaꝝ. vel ẽt mr̃imoniũ moꝛale dicať iter ĩtellec
tum ⁊ ſapientiã ſumẽdo ſapiam ꝓ v̾a noticia cũ
rectitudine vite ꝓut ſumunt ſtoici:⁊ ẽt ſcriptura
ſacra ĩ libꝛis ſapĩalibus frequenter. Vñ ſapie.7.
dicit ſapiẽſ. Hãc ſapĩaꝫ exquiſiui a iuuẽtute mea
⁊ q̃ſiui mihi ſpõſã aſſumere:⁊ amatoꝛ fact⁹ foꝛ/
me illius:ex hac generãť filij bonoꝝ opeꝝ q̃pluri
res. Et figurať ꝑ diſponſationeꝫ rachael factam
iacob:q̃ erat virgo pulcherrima ⁊ aſpectu venu
ſto:⁊ hoc ad fontẽ aquaꝝ:qꝛ marie ad lectionẽ
ſacraꝝ lr̃arum:geñ.28. Põt ẽt adaptari ad reli/
gionẽ quãlibet vt dicať vxoꝛ ⁊ ingreſſus marit⁹

eius.aut ẽt ad eccleſiã quãlibet:cuius ſpõſus dr̃
p̄latus q̃ alteri viro.i.p̄lato adherere nõ põt:niſi
eo moꝛtuo ꝑ aliquẽ modũ. Nec ipſe alteri eccłie
adherere.21.q.1.clericus.nõ hũana ptãte ſine de
bita lĩia:⁊ vt dr̃ extra de trãſla.iter coꝛpalia:nõ
humana ptãte:ſed diuina cõiugiũ ſp̄uale diſſol/
uitur ibi vide. Oĩa hec cõiugia deſignat cõiugiũ
naturale. Sed vltimũ.ſ.iter aĩmũ ⁊ v̾tutẽ q̃libꝫ
dꝫ ĩ ſe reperire. Et ſic beatus es ⁊ bene tibi erit.

## Quãtuꝫ ad ſecundum

ſ.de cõiugio naturali ſeu carnali:quale eẽ debe/
at ĩnuit ſp̄s cũ ſubdit vxoꝛ tua ⁊c̃. Dicit apo⁹ ad
hebꝛe.13. Honoꝛabiles nuptie ⁊ toꝛus ĩmaculat⁹
foꝛnicatoꝛes aũt ⁊ adulteros iudicabit deus. q.d.
tunc ſtatus cõiugalis ẽ in honoꝛe coꝛam deo ⁊
hoĩbus:qñ toꝛus ĩmaculatus.i. fidẽ alter alteri
ſeruat vitando adulteria ⁊ alias coꝛruptelas q̃s
d̾us iudicat ad moꝛtẽ eternã:vñ dicit vxoꝛ tua
vt ſit tibi ſoli ⁊ tu ei ecõuerſo. Sed vtrũ ſapiẽti
cõueniat ſumere vxoꝛẽ ẽt a phis diſputatũ eſt.
Et q̃uis melius ſit ex coniugiũ eẽ:ſi caſte viuãť
tñ ſi nupſerit virgo ñ peccat:iquit apo⁹.1.coꝛ.7
vir vel mulier. Et meli⁹ ẽ nubere q̃ vrı:ait ideꝫ
apo⁹.⁊ ẽ cõpatio abuſiua:qꝛ nubere nõ ẽ malũ
ſed vri.ſequendo illicitas coꝛruptelas malum ⁊
dãnabile ẽ. Sit ergo tibi vxoꝛ:ſed vxoꝛ tua ſic
vitis ⁊c̃. ¶ Ubi tria nõ circa matrimoniũ carna
le:ad hoc vt beatus ſis ⁊ bñ tibi erit. ¶ Ut ab
ĩpedimẽtis mr̃imonij vtraqꝫ pſona ſit libera:ibi
vxoꝛ. ¶ Ut viri aĩa ſit dei timida ibi tua. Ut
mulieris vita ſit bonoꝝ fecũda ibi ſicut vitis.

## Quantum ad pꝛimuꝫ

vt aliqua tibi ſit vxoꝛ:vel aliquis ſit tibi vir:oꝫ
q̃ ſit libera ab ĩpedimentis:q̃ dirimũt mr̃imõi
uꝫ:⁊ tũc erit vxoꝛ tua. Nã ſi aliquod de ipſis hẽ
ret ñ eẽt vxoꝛ ſꝫ cõcubina. Et iſta ĩpedimẽta ſũt
xij.que ĩ his v̾ſib⁹ cõtinenť. Erroꝛ conditio vo
tũ cognitio crimẽ. Cultus diſparitas vis oꝛdo
ligamẽ honeſtas. Si ſis affinis:ſi forte coire ne
quibis. Hec ſocianda vetant cõnubia facta re
tractant. Hec diffuſe tractanť de theologis ⁊
canoniſtis ſm̃ doctrinã magiſtri ſententiaꝝ ĩ q̃r
to:⁊ gratiani ĩ decretis. Sed omiſſis his ĩpedi/
mẽtis:quia infra de his plene habeť: loco hui⁹
videať ſequẽs queſtio. ¶ Pꝛimo ergo opoꝛtet
q̃ in matrimonio vt teneat non ſit erroꝛ videlꝫ
circa perſonam cum qua contrahitur. Nam ſi
quis intendit contrahere ⁊ hoc exprimit cum
berta filia Joãnis ⁊ ſibi pꝛeſentatur alia tanq̃
ſit illa:⁊ in eã ſe aſſerit aſentire in coniugem vt
bertam ipſam illa non eſt ſibi vxoꝛ:quia nõ de
ea intendit perſona. Sed ſi eſſet alius erroꝛ foꝛ
tune vel qualitatis:puta quia exiſtimat bertam
eſſe diuitem ⁊ eſt pauper vel tunc bonam ⁊ eſt
mala mulier iſtõ ñ diſſoluit mr̃imõiũ. Siue er
roꝛ talˀ ſit ĩ viro erga vxoꝛem ducendaꝫ. Siue
in muliere ⁊ conſanguineis eius erga maritũ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et ideo debes prius circa huiꝰ veritatē diligen-
ter ingrē ne erres q̄ꝛ n̄ poteris pēitere. ¶ Scđꝫ
impedimentū eſt cōditio.ſ.ſeruilis. Nam qui i-
tendit contrahere cū prima libera ⁊ vt in pſonā
liberaꝫ conſenſū exprimit :reperto ꝙ ſit ſerua al
terius nō illi obligatur. Sed poteſt illam dimit
tere ⁊ aliam ſumere. Et poteſt etiam ſi vult in il
lam cōpto errore aſſentire. Nam ⁊ ſeruus cum
ſerua ⁊ liber cum ſerua: ⁊ ſeruus cum libera pn̄t
cōtrahere ⁊ tenet matrimoniū dūmodo ſciatur
cōditio ſeruilis a libero. ¶ Tertium impedimen
tum dr̄ votū: ⁊ intelligit̄ ð voto profeſſionis in
religione tacito vel expreſſo. Cū tali perſona ha
bente illud votum non pōt eē mr̄imoniū: ⁊ ſi ēt
conſumatū eſſet nullū eēt ⁊ ſeparari oportet. Ve
rum ēt qui emiſiſſet votum ſimplex religionis
vl̄ caſtitatis ſicut plures aliqn̄ faciunt: ꝙ̄uis nō i
traſſet religioneꝫ non pōt contrahere matrimo
niū niſi cū peccato mortali ⁊ dānatione aīe ſue:
q̄ꝛ frangit votum ſuū. Et ſi dūr contrahat non
poteſt exigē debitum coniugale a cōſorte abſqꝫ
peccato mortali niſi ſecū diſpenſetur: r̄ddere tn̄
alteri tenetur. ¶ Quartū impedimentum dicit̄
cognatio ideſt pentela que eſt triplex naturalis.
Conſanguineus nō poteſt habere in vxorem cō
ſāguineā vſqꝫ ad quartū gradū conſanguinitat̄.
Et i linea trāſuerſali duo germāi ſeu fr̄ ⁊ ſoror
carnalis dn̄r ī pͦ gradu: filij eoꝝ ī 2ͦ gradu q dn̄r
cōugini ſeu conſobrini. Et filij conſobrinorū in
tertio. Et filij filiorū conſobrinoꝝ ſunt in 4ͦ gra
du. Tranſacto igr̄ iſto gradu pōt fieri mr̄imoniū
⁊ non prius niſi per diſpenſationē pape. In parē
tela ſpūali q̄ cōtrahitur ī baptiſmo ⁊ chriſmatiſ
ſacro inter eū qui tenet: ⁊ eā q̄ tenet̄ n̄ pōt eē mr̄i
moniū nec inter cōpatrem ⁊ cōmatrem. Nec in
ter eum qui tentꝰ eſt ⁊ filios eius qui tenuit: cuꝫ
ſint fr̄es ſpūales. In legali etiā cognatiōe inter fi
liam adoptiuam ⁊ adoptantē nō poteſt eſſe ma
trimoniuꝫ. Multa oportēt dicere ad plenioreꝫ
declarationē que ob breuitatē dimitto. ¶ Qui-
tum impedimentū dr̄ crimē. vbi notanð ꝙ duo
ſunt crimina que dirimūt matrimoniū: etiam ſi
eēt conſumatū. vnum eſt homicidiū: nō qðcūqꝫ
ſed cū quis occidit gladio vel veneno maritum
alicuius pp hͦ vt eā hēat ī vxorē: vl̄. ecōuerſo. cū
mulier occidi procurat cū effectu vxorē alicuꝰ
vt eum habeat in viꝝ: vel cū occidit ſuum viruꝫ
vt habeat aliū eo conſentiente. Aliud crimen ē
Adulteriū. cuꝫ vꝫ vir vel mulier cōmittit adulte
rium cū aliquo vel aliqua dans ei fideꝫ ꝙ mor
tuo coniuge ſumet illum vel illam in coniugem
cū qua cōmiſit adulteriū. ¶ Sextū eſt diſpitas
cultus. ſ. diuerſitas fidei. Nam cū iudeo vel pa-
gano non pōt xp̄ianus vel xp̄iana cōtrahere ma
trimoniū: ⁊ ſi fieret nō tenēt: qn̄imo grauiſſime
punit̄ ſm̄ leges ciuilē ⁊ canonicā iudeus ⁊ xp̄ia-
nus cū adinuicem carnaliter cōmiſcentur etiam
extra matrimoniū. Sed ⁊ cū hereticis debet q-
libet cauere ne contrahat matrimoniū ne efficia
tur hereticus. ¶ Septimum dr̄ vis. i. violentia.
Matrimonia enī debēt eſſe libera dic̄ lex. vnde
nō ſolū violentia abſoluta facit matrimoniū nul
lum eſſe: ſed etiam coactio conditionata ſi ſit fa
cta per metum qui cadat in cōſtantē virū: puta
cū puella acriter verberatur a parentibus vt aſ-
ſentiat in aliquē vt in cōiugē: eteni illa vt euitet
verbera verbis aſſentit aīo diſſētiens. Vel ſi qs
iuuenis inueniatur in domo puelle vt cognoſce
ret eaꝫ ⁊ a conſanguineis eius inuenientibꝰ cum
cōminatur ei mors ſi non cōtrahat cū illa per
verba de pn̄ti. Ille autē vt euadat periculū: ver
bis non intentione aſſentit nō eſt hic matrimo-
nium. Deberet tn̄ aſſentire ad tollenð ſcandalū
ex quo iniuriā facit niſi alið obſtet. ¶ Octauuꝫ
dr̄ ordo. ſ. ſacer. Nā qui eſt ordinatus in ſubdia
conatu ⁊ ſupra nō poteſt cōtrahere matrimoni
um: ⁊ ſi de facto contrahit nullū eſt: ⁊ eſt excōica
tus. Que āt contrahit cum tali ignorans illū eē
ordinatum in ſacris excuſatur ipſa a peccato dū
in ea eſt ignorantia facti. Sed ꝙ̄prius ſcit certi-
tudinaliter tunc dꝫ dimittere. ⁊ idē intelligit̄ de
quolibet contrahente cū ea cū qua nō poteſt vel
q̄ꝛ conſanguinea vel religioſa perſona vel affine
q̄ꝛ. ſ. dū ignorat factum excuſatur a peccato: nō
autem poſtꝙ̄ nouit: ſed debet dimittere talem.
¶ Nonū ligamē. cū. ſ. quis eſt alteri alligatus cō
iugi. Et ſi eſt alligatus per ſponſalia tm̄: non dꝫ
cū alia contrahere niſi ī certis caſibuſ ⁊ cū debi
to modo alias peccat mortaliter ille q diſſoluit
tale matrimoniū ⁊ oēs qui ad hoc cooperantur
Si āt eſt alligatus per verba de pn̄ti nullo caſu
poteſt alteri tradi vtroqꝫ viuente in ſeculo. Siū
ille efficiatur infirmus ſiue r̄cedat ⁊ nil ð eo ſcia
tur: quouſqꝫ non ſcitur ſufficienter de morte eiꝰ
alteri non poteſt nubere. ⁊ in hoc offendunt ple-
runqꝫ conſanguinei dum plus attēdunt ad hono
rē mundi ꝙ̄ ad preceptum dei ⁊ ſalutē aīe. Con
tigit. n. aliqn̄ vt puella contrahat occulte p ver-
ba de pn̄ti cum aliquo ignorantibus pentibꝰ qð
vtiqꝫ inhoneſtum ē ⁊ phibitum ab eccleſia ppter
picula que eueniunt vt appellat hiꝰ adulteria:
vnde ⁊ graue peccatum mortale cum poſtea p-
ueniunt ad noticiā pentum talia nullo mō vo-
lunt aſſentire: reputantes ſibi ad dedecus ⁊ iniu
riam ⁊ tradunt eaꝫ alteri. ſꝫ certe nō ē ſcði vxor
ſed adultera ⁊ concubina nec illa dꝫ eis aſſentir̄
ꝙ̄uis. n. male fecerit illud occulte agendo peius
adhuc faceret alium ſumēdo. ¶ Decimum dr̄
hōeſtas ſeu publice hōeſtatis iuſticia. ⁊ hoc ītelli
ge ꝙ cum aliquis contraxit ēt ſponſalia cum ali
qua et non ſequatur matrimoniū ſed diſſoluat̄
illud ſiue p mortē ſiue p ingreſſum religionis ſi-
ue p alium modum voluntariuꝫ vel inuitum: ille
nō pōt cōtrahere mr̄imonium cū aliqua cōſan-
guinea illius vſqꝫ ad quartum graduꝫ incluſiue
Et ſimiliter illa deſponſata nō pōt cōtrahere cū
aliquo conſanguineo eius qui fuit ſibi ſponſus
vſqꝫ ad quartū graduꝫ. ¶ Undecimū ipedimētū

eſt affinitas:hec ↄtrahitur ex copula carnali cum
muliere. Nã cũ quis ↄtrabit matrimoniũ cũ ber
ta puta petrus:omnes ↄſanguinei petri vſqꝫ ad q̃r
tum gradũ efficiunt affines berte in eo gradu in q̃
ſũt affines petro. Nullus ergo eoꝝ mortuo petro
poterit eã habere i vxorẽ ⁊ ecõuerſo. Oẽs ↄſãgui
nei berte ſũt affines petro:vnõ mortua berta nul
lam ↄſanguineã eius vſqꝫ ad quartũ gradũ pote
rit petrus hr̃e i vxorẽ. Et hoc nõ diligẽter ꝙ ſm
doc.q̃ſi oẽs affinitas ↄ̃hitur non ſolũ per copulã
ↄiugalẽ:ſed ẽt per fornicariã:vt.35.q.3.nec eam.
extra de eo q cogno.cõſang.vxo.ſue diſcretioni.
ita tñ ꝙ vir intret clauſtra pudoris: ⁊ ꝑueniat ad
ↄſumationẽ operis:alias non ↄ̃heretur affinitas:
vt.35.q.3.extraordinaria.extra de eo q cogno.cõ
ſang.vxo.ſue fraternitatis. Eſt tñ diuerſitas opini
onũ in hoc. Unde eius quã qs cognouit carnalit̃
per adulteriũ fornicationẽ vel inceſtũ ſeu ſacrile
giũ nullã ↄſanguineã eius poterit habere in vxo
rẽ vſqꝫ ad quartũ gradũ. Et ſi ↄ̃hatur cuꝫ tali nul
lum eſt matrimoniũ:ſed⁹ oꝫ ꝙ diſſoluat̃ vel ſaltẽ
per papã diſpẽſet̃. Circa qḋ nõdũ ſm pe.de pal.
in 4. ꝙ in p̃mo gradu affinitatis aſcendentiũ ⁊
deſcendentiũ:ſicut ⁊ ↄſanguinitatis. Papa diſpẽ
ſare non põt:q2 eſt ↄtra ius diuinũ ⁊ naturale:q2
vxoribus parentũ exhibem⁹ reuerentiã ſicut pa
rẽtibus noſtris. Itẽ ⁊ in linea trãſuerſali in p̃mo
gradu ꝓhibetur matrimoniũ ↄſãguinitatis ⁊ affi
nitatis iure diuino:vnde nec papa diſpenſare põt:
q2 ẽt quodãmõ eſt ↄtra naturã:vt.ſ.quis ↄ̃hat cũ
germana ſua vel vxore germani ſui eo mortuo.
Unde ẽt ante legẽ moſaycã multiplicato hũano
genere añ diluuiũ vel poſt credit̃ ſe abſtinuiſſe a
ſororibus ⁊ ab vxoribus fratrũ:niſi ad ſuſcitãdũ
ſemẽ fratri p̃mortui:ſicut ⁊ tpe legis vt pꝫ in the
mar ⁊ filijs iude. Nec obſtat de vxorib⁹ abrahe
⁊ Iſac:q̃s vocauerunt ſorores:q2.ſ. fuerũt ↄſan
guinee vel cõſobrine:ſicut ⁊ Loth qui fuit filius
fratris abrae dict⁹ eſt frater ipſius ⁊ ceẗa. Xij.im
pedimentũ ⁊ vltimũ dr̃ ĩpotentia.ſ.cũ qs vl̃ ꝓpt̃
maleficiũ vel ꝓpter aliud naturale ĩpedimentũ
nõ põt exercere actũ ↄiugalẽ de q̃ nõ oꝫ ꝑ nũc ali
ter explicare. Si cum tali ẽẽt ↄ̃tcũ hẽt iudiciũ
eccl̃ie examinare materiã. Et nõ ſolũ in iſto caſu
ſed ⁊ ĩ oĩ alio caſu dubio ⁊ q̃ſtione m̃rimoniũ hẽt
eccl̃ia iudicare nõ iudex ſecularis. Ab his q̃ ĩpe
dimẽtis oꝫ viꝝ ẽẽ liberũ ⁊ ẽt mulierẽ vt ſit vxor
tua ⁊ ceẗa. Et de his impedimentis habes diffu
ſe in capitulo ſequenti.

¶ Utrũ ſapiẽti ducẽda ſit vxor? hiero⁹.z. libro ↄ̃
iouinianũ dicit hãc q̃õnẽ motã in libro quẽ fecit
theophraſt⁹ aureolus de nuptijs q fuit diſcipl̃us
ariſtotelis deſignat⁹ ab eo ĩ morte:ꝑcipu⁹ ſup oẽs
alios diſcipl̃os ſuos:ad quẽ vt ad p̃ncipaliorẽ ſeu
ſapiẽtiorẽ defũcto ariſtotele ↄuolauit academia.
Hic igit̃ in dicta q̃õne cũ diffinitiſſꝫ. Si pulchra
ẽẽt mulier:ſi bñ morigerata: ſi honeſtis parẽtib⁹
nata:ſi ipe ſanus ⁊ diues:ſic ſapiẽtẽ aliq̃ñ ĩire m̃ri
moniũ debere ſtatĩ ĩtulit. Hec raro ĩ nuptijs vni
uerſa ↄ̃cordãt:nõ ẽ igit̃ ducẽda vxor ſapiẽti. Pri
mũ igit̃ ĩpediri ſtudia phĩe:nec poſſe quẽꝗ̃ libriſ
⁊ vxori parit̃ ĩſeruire. Multaqꝫ ẽẽ:q̃ m̃ronaꝝ vſi
bus neceſſaria ſunt:ꝓcioſe veſtes auꝝ gẽme ſum
ptus ãcille varia ſupellex lectice ⁊ exedra deaura
ta:deinde ꝑ totas noctes garrule ↄq̃ſtiões:illa or
natior ꝓcedit ĩ publicũ:hec honorat̃ ab omnib⁹.
Ego ĩ ↄuẽtu feminaꝝ miſella dſpicior. Quid aſpi
ciebas vicinã? Quid cũ ãcilla loq̃baris d foro ve
niẽs?q̃d attuliſti? Nõ amicũ hr̃e poſſum⁹ ñ ſoda
lẽ:altius amorẽ ſuũ odiũ ſuſpicat̃. Si doctiſſim⁹
p̃ceptor ĩ q̃libꝫ vrbiũ ſert̃:nec vxorẽ relinquere:
nec cũ ſarcina ire poſſum⁹. Pauperẽ alere diffi
cile ẽ:diuitẽ ferre tormẽtũ. Adde:ꝙ nulla ẽ vxo
ris electio:ſꝫ q̃liſcũqꝫ venerit habẽda: ſi iracũda:
ſi fatua ſi deformis ſi ſupba ſi fetida:qdcũqꝫ ẽ p⁹
nuptias diſcim⁹. Equ⁹ aſinus bos canis ⁊ viliſſi
ma mãcipia ꝓbãt̃ p̃us: ⁊ ſic emunt̃:ſola vxor nõ
oñdit̃ ne añ diſpliceat q̃ꝫ ducat̃. Si totã domũ ei
cõmiſeris ſuiendũ ẽ:ſi aliq̃d tuo arbitrio reſua
ueris:fidẽ ſibi hẽri nõ putabit:⁊ in odiũ vertet̃ ⁊
iurgia:⁊ niſi cito ↄſulueris:anus venena parabit.
Aurifices ⁊ inſtitores gẽmaꝝ ſericarũqꝫ veſtium
ſi ĩtroduxeris:ꝑiculũ pudicitie ẽ:ſi ꝓhibueris ſuſ
piciõis ĩiuria. Uex q̃d ꝓdeſt diligẽs cuſtodia:cũ
vxor ĩpudica ſeruari nõ poſſit:pudica nõ d̃beat.
Infida.n.cuſtos caſtitatis ẽ neceſſitas. Et illa ṽe
pudica ẽ dicẽda:cui licuit ꝑcari:ſꝫ noluit:pulchra
ſacie adamat̃:feda facie cõcupiſcit. Difficile ẽ cu
ſtodire qḋ plures amãt:moleſtũ ẽ poſſidere: qḋ
nullus hr̃e vl̃ amare dignat̃:minori tñ miſeria d
formis hẽtur: q̃ꝫ formoſa ſeruet̃. Nihil.n.tutũ ẽ:ĩ
quo totius ppl̃i vota ſuſpirãt.ꝙ ſi ꝓpter diſpenſa
tionẽ domus ⁊ lãguoris ſolatia ⁊ fugaꝫ ſolitudi
nis ducantur vxores:multo itaqꝫ melius ſeruus
fidelis diſpenſabit auctoritati domini obediens:
⁊ eius diſpẽſationi obtemperans q̃ꝫ vxor: que in
eo ſe extimat dominam:ſi contra viri faciat volũ
tatẽ. Aſſidere egro meli⁹ poſſũt amici ⁊ vernule
beneficijs obligati: q̃ꝫ illa que nobis imputet la
chrymas ſuas ⁊ hereditatis ſpe vendat illum: in
de ⁊ ſolitudinem iactans:languentis animum diſ
peratione conturbet:ꝙ ſi ipſa languerit coegrotã
dum eſt:⁊ nunquam ex eius lectulo recedendum
aut ſi bona fuerit vxor ⁊ ſuauis. Que tamen rara
aut nulla ẽ:cũ parturiẽte oꝫ ⁊ cũ ꝑiclitãte torq̃ri.
Sapiens autem nunquam ſolus eſſe poteſt: hꝫ
ſecum omnes:qui ſunt quiqꝫ fuerint boni: ⁊ ani
mum liberum quocunqꝫ vult transfert: quodqꝫ
corpore non poteſt:cogitatione complectitur: ⁊
ſi hominum copia defuerit:loquitur cum deo:nũ
quam minus ſolus erit:q̃ꝫ cum ſolus fuerit. Por
ro liberoꝝ cã vxorẽꝫ ducere:vt vl̃ nomẽ noſtrũ
non intereat: vel habeamus preſidia ſenectutis
⁊ vt certis vtamur heredibus:ſtolidiſſimum eſt.
Quid enim ad nos recedentes e mundo pertinet
ſi nomine noſtro alius non vocetur:cum innume
rabiles ſint qui eodem nomine nuncupentur? ⁊
que ſenectutis auxilia ſunt nutriri domi illũ:qui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aut prioꝛ te foꝛte moꝛiať:aut peruerſiſſimis mo
ribus ſit:aut certe cum ad maturam etatem vene
rit:tarde ea moꝛi videaris. Et concludit hierony
mus hec ⁊ huiuſmōi theophꝛaſtus diſſerēs: quē
chꝛiſtianoꝛum non ſuffundat:quoꝛum conuerſa
tio in celis eſt?

Quod autem dictum eſt:ſcilicet vt non ducatur
vxoꝛ a ſapiente propter predictas cauſas: hoc
intelligendum eſt ſi ipſa caſte viuat. Nam alias
vt dicit apoſtolus.i.coꝛin.7. Melius eſt nubere
q̃ vri.i.cadere in dānabiles coꝛruptelas. De di
ctis impedimentis vtile eſſet dicere ſaltim de im
pedimento affinitatis:que etiam affinitas contra
hitur per foꝛnicationem: vnde ⁊ ſic per eandē
impeditur matrimonium ſicut diffuſe habes in
fra in capitulo de affinitate.

## Quantū ad ſecundū

ſcilicet qualis debet eſſe maritus:hoc poteſt eli
ci ex hoc quod dicitur:tua.i.tui. Et refertur ad h
id quod dixerat in pꝛīcipio illius ps.ſ. Beati om
nes qui timent dominum: qui ambulant in vijs
eius. Laboꝛes manuum tuarum quia manduca
bis ⁊ cetera:ſequitur. Vxoꝛ tui ſicut vitis: qui es
de numero eoꝛum:qui timent dominum ⁊ ceťa.
In quibus verbis notat tria: que debent eſſe in
bono marito. Ut in interioꝛibus ſit timoꝛoſus
ibi:beati omnes qui timent dominum. Ut in
operibus ſit virtuoſus:ibi:qui ambulant in vijs
eius. Ut in laboꝛibus ſit ſtudioſus:ibi:laboꝛes
ma.tu.qꝛ manduca.

## Quantum ad pꝛimum

certū eſt ꝙ ſcriptura ſacra beatum aſſerit illū:qui
deum timet.prouer.28. Beatus vir qui ſemper ē
pauidus. Nam vt dicitur eccle.i. Timoꝛ domini
expellit peccatum. Per hoc enim ꝙ quis timet iu
dicia dei ⁊ penas in pꝛeſenti vel in futuro pecca
tis reſeruatas:penitentiā agit de peccato ne inci
dat in eas:ps.118. A iudicijs tuis timui. Ex hoc ē
ꝙ quis timet non perdere gratiam ⁊ amicitiam
dei:que non perditur niſi per peccatum: abſtinet
ſe ab illo ne committat:pꝛouerbioꝛum.15. Per ti
moꝛem domini omnis declinat a malo:⁊ cū cō
ſiderat quis:ꝙ deus ſemper inſpicit opera eius:ti
met ne inueniatur in eis piger ⁊ negligens: eccle.
7. Qui deum timet nihil negligit. Debet ergo vir
habere iſtum timoꝛem domini: ⁊ cum eo ⁊ nu
ptias ⁊ coniugium exercere. Unde ⁊ de ſancto iu
uene tobia ⁊ vxoꝛe eius ſara ſcribitur tobie.9. ꝙ
nuptiarum conuiuium cum timoꝛe domini exer
cebat. Et ad hoc inſtruxit eum angelus raphael
dicens. Accipiens virginem:ſcilicet ſaram cum ti
moꝛe domini:amoꝛe filioꝛum magis q̃ libidine
ductus:tobie.6. Declarans ſibi:ꝙ ideo ſeptem ali
os maritos quos illa ſara virgo habuerat: ideo
ſuffocati ſunt a diabolo:cum acceſſerunt ad eam
quia non cum timoꝛe domini:ſed vt libidini ſolū
vacarent:ſicut equus ⁊ mulus:quibus non eſt in
tellectus:intendebant exercere coniugium. Et in
his habet poteſtatem demonium ſemper:quo ad
animam occidendi:aliquando etiā quo ad coꝛ
pus nocendi per maleficia ⁊ actus inoꝛdinatos.
Omnis enim adulter eſt in vxoꝛem ſuam ama
toꝛ ardentioꝛ:inquit Sextus philoſophus.32.q.
5.capitulo oꝛigo.

Secundo debet eſſe in operibus virtuoſus: ⁊
per hoc ambulat in vijs. Uie enī quibus itur ad
dominum ſunt opera virtutum caſtitatis charita
tis equitatiſ:⁊ huiuſmōi. Ambulet ergo maritus per
viam caſtitatis coniugalis:ſeruando illud tobie.
4. Attende tibi ab omni foꝛnicatione ⁊ preť vxo
rem tuam nunquam patiaris crimen ſcire. Ante
quā ſumas vxoꝛem ab omni actu carnali neceſſe
eſt te abſtinere:alias foꝛnicationem incurrēs:que
eſt ſoluti cum ſoluta:⁊ moꝛtale peccatum ⁊ dam
nationem eternam nō euadas:neqꝫ foꝛnicatoꝛes
regnum dei conſequentur.i.coꝛin.6. quod multi
fatui non credunt:ſed hereticus eſſet: qui pertina
citer affirmaret foꝛnicationem non eſſe moꝛtale.
Poſtq̃ autem accepiſti vxoꝛem:ambula per vi
am caſtitatis coniugalis:ſeruando illi fidem men
te ⁊ coꝛpoꝛe:non accedendo ad alias: quia adul
terium eſſet ⁊ crimen graue:⁊ contra diuinum ſa
cramentum. Mirabile eſt ꝙ viri omnino volunt
vxoꝛes eſſe caſtas:nec ad alium aſpicere virum:
⁊ quando inhoneſte eſſent ad maximam iniuriā
ſibi aſcribunt:⁊ merito:quia inducit ſibi talis ma
ximam verecundiam ⁊ confuſionem. Nam mu
lier adultera eſt oppꝛobꝛium totius parentele de
teſtabilis ⁊ abominabilis coꝛam deo ⁊ toto mū
do:digna igne tempoꝛali ⁊ eterno. Sed ipſis vi
detur ſibi licere omnem inhoneſtatem exercere:
nullam fidem ſeruantes vxoꝛibus. Et certe cum
viri excellant communiter in vigoꝛe rationis mu
lieres:non minus peccant: ſed grauius viri adul
teri:ſicut mulieres adultere:⁊ ita digni igne eter
no:⁊ per excommunicationem puniendi ab eccle
ſia:cum ad iudicium adducuntur viri adulteri ſi
cut adultere:⁊ multo magis ſodomite ⁊ inceſtuo
ſi non contenti vxoꝛibus ſuis cremandi igne tē
poꝛali ⁊ ab omnibus deteſtādi. Ambꝛoſius. Ne
mo ſibi blandiatur de legibus. Quod non licet
mulieri non licet viro.32.q.5.nemo. Licet enī le
ges ſeculi non puniant ita maritos in ſolutis ſe mi
ſcētes ſicut adulteras mulieres:tamē lex dei ⁊ ec
cleſie equaliter ⁊ eternaliter. Ambulet ſecūdo
vir per viam charitatis:vt diligat vxoꝛem: non
ſolum ſecundum carnem: ſed magis ſecundum
ſpiritum:pꝛout admonet apoſtolus:dicens. Uiri
diligite vxoꝛes veſtras: ſicut chꝛiſtus dilexit ec
cleſiam .ſ.ſponſam ſuam. Dilexit vtique non vt
eſſet pulchꝛa coꝛpoꝛe ſed virtute ⁊ mente: ad
monens coꝛrigens eam frequenter. Cum
ergo perpendit vir vxoꝛem eſſe vanam: ſe pur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

puriſſa ꝛ ceruſa linientē: debet eam reprehēdere
ſi audit eā nimis loquacē ꝛ verba irrōnabilia lo/
quentē: vt faciunt ꝛ precipue cum ſunt irate: repre
hendat vt egit ſanctus iob vxorem ſuam dicens
quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es: iob pri
mo. Et ſic de aliis vicijs. ¶ Ambulet etiam vir
in vijs domini .ſ. equitatis ꝛ iuſticie: vt habeat eā
non vt ancillam: quia de pedibus eius nō eſt for/
mata: nec vt dominam ſuā: quia nec de capite: ſȝ
vt ſociam ꝛ ſororem. Nam de medio eius: ideſt
de coſta pectoris ade formata eſt eua: gen. 2. Pro
uideat ergo decenter ſecundum ſtatum ſuum in
neceſſarijs victus veſtitus ꝛ familie. Eſt enim ca/
ro de carne ſua: vt ait adam. Nemo autem carnē
ſuam odio habuit: ſed nutrit ꝛ fouet eā: ait apl's.
Non eā ſine cā verbis exaſperet: aut deſpiciat: aut
verbis maledicis ꝛ contumelioſis afficiat vel in/
honeſtis. Et licet in gubernando domum vir ſit
ſuperior: tamen in debito coniugali ſunt equales.
i. corin. 7. Vir vxori debitū reddat ꝛ vxor viro
ſalua tamen ſemper omni honeſtate: ꝛ excluſis be
ſtialitatibus hominū. ¶ Tertio debȝ vir eſſe ſtu
dioſus in labore: homo enim naſcitur ad laborē:
iob. 5. Et primo marito fuit dictū. In ſudore vul
tus tui veſceris pane tuo gen̄. 3. Et hoc ē qd ſub/
dit ps. Labores manuū tuarū quia mādūcabis
ideſt ex labore tuo procurabis tibi ad manducā
dum ꝛ familie tue. Debet ergo vir facere aliquod
exercitium corporale licitum: vnde lucretur pro
vita ſua. Non tamen ſumat exercitiū: vnde vſu
ras exerceat: vel fraudes ꝛ mēdacia: quia potius
erit furtum q̄ȝ lucrum. Qui furabatur ait apoſto/
lus iam non furetur: magis autem laboret ma
nibus ſuis vt habeat: vt tribuat neceſſitatem pa
cienti. Cum ergo audierit mulier: que maritū que
rit virum talem ſecure illum accipiat: quia quiete
viuet ꝛ bene ſibi erit.

## Quantum ad tertium

ſecunde partis principalis ſcilicet qualis debeat
eſſe vxor. Notatur cum dicitur: ſicut vitis abun
dans in lateribus domus tue .ſ. erit vxor. Ubi ſci
endum: q̄ vxor vt dicitur in catholicon dicitur
quaſi vnxor: quia antiquitus puelle nubētes in/
ungebantur ſuaui ꝛ odorifera vnctione: vnctio
deſignat lenitatem: odor bonam famam: que de/
bet eſſe in vxore. Debet enim eſſe lenis ꝛ mitis
conſolans virum in afflictionibus ſuis: ꝛ bone fa
me. Et ad hoc vt ſit bona vxor: ꝛ bn̄ tibi ſit ex ea
oȝ q̄ hēat tres ꝯditiones. ¶ Ut hēat in moribus
humilitatem: ꝛ ſic erit vitis. ¶ Ut habeat in acti
bus bonis fertilitatem: ꝛ ſic erit abundans. ¶ Ut
habeat in egreſſibus raritatem: ꝛ ſic erit in lateri
bus domus tue. ¶ Aſſimilatur bona vxor viti:
dicitur enim ſicut vitis per humilitatem: qꝛ ſicut
vitis ex ſe tendit ad terram: nec aſcēdit ſicut alie
arbores: ita vxor debet eſſe humilis: intelligens
ſe terram eſſe. Sit humilis in aſpectu: vt non eri/
gat ceruicem vel oculos ſuper homines. Humilis
in veſtitu: vt non portet veſtes cum longa cauda
ꝛ varios ornatus. Apoſtolus .i. thimo. 3. Ornan/
tes ſe non in tortis crinibus nec in veſte precioſa
auri ꝛ argenti ꝛ margaritis: ſed in ſobrietate co/
operiendo non ſolum collum ꝛ pectus: ſed ꝛ ca/
put. ¶ In affatu vt loquatur parum: non conten
dendo ꝛ verbis marito reſpondendo: cum eſt ira
tus: ſed ſe humiliando. Vaſti regina ꝑpter ſuā ſu
perbiam: quia noluit obedire aſſuero regi mari/
to ſuo: quando miſit pro ea: repulſa eſt a cōiugio
eius ꝛ regno: vt habet heſter. 2. Debet ergo vxor
viro obedire in omnibus licitis ꝛ honeſtis ꝛ eū
revereri: ſic ſara reuerebatur abrahā virum ſuū
vocans dominū: vt dicit petrus in canonica ſua
ꝑmo petri. 3. ¶ Debet ſecundo eſſe fertilis ī fru/
ctibus: vt ſit vitis abūdans: ꝛ dicere valeat illud
ec. 24. Ego quaſi vitis fructificaui: ꝛ facere qui/
dem fructum filiorum ꝛ abundare in eis: hoc eſt
in voluntate dei: vnde ſi habet laudet deum. Si
non habet oret deum: ꝛ ſi vult etiam adijciat vo
tum: vt fecit anna vxor helchane: ꝛ obtinuit filiū
ſamuelem: pri° regum. i. Si non exauditur non
contriſtetur: ex quo deo non placet. Nec vir pro
pter hoc eam exoſam habeat. Multis filij ſunt cā
damnationis: ſed ſemper fructificet ꝛ abundans
ſit in fructibus bonorum operum: vt ſimilis ſit il
li ſanctiſſime ꝛ nobili ſponſe: de qua ait ſalomon
prouer. 30. Mulierem fortem quis inueniet ꝛ ce
tera. Manum ſuam miſit ad fortia: ꝛ digiti eius
apprehenderunt fuſum: manum ſuā aperuit ino
pi: ꝛ palmas ſuas extendit ad pauperes. Mittat
ergo manum operis ad fortia .i. ad ea que ſūt dif
ficilia ꝛ magne importantie: cum expedit ſicut fe/
cit regina heſter: que pro liberatione populi ſui a
morte poſt orationes ꝛ ieiunia ꝛ mortificationē
humiliationis acceſſit non vocata ad regē aſſue
rum maritum ſuum: exponens ſe in hoc periculo
mortis: quia ſic erat ſtatutum: q̄ quicunq; ad ip/
ſum regem accederet nō vocatus: occideretur: ni
ſi rex ſubito ſceptro ſuo eum tetigiſſet in ſignum
clementie: ꝛ per hoc reuocauit ſententiā illā in/
iuſte datam a rege contra populum: vt patet in li
bro heſter. Sicut etiam fecit rebecca: que prudē
tiſſime operata eſt: vt iacob filius eius obtineret
benedictionem paternam: ꝛ ius primogeniture:
quā cognouit a deo ſibi collatam: ac etiam viro
ſuo iſaac perſuaſit: vt ipſum iacob filium eorum
mitteret in meſopotamiā ad tempus: vt cederet
locum ire fratris ſui: gen̄. 27. Operata eſt pruden
ter ꝛ abigayl portans munera magna ad dauid
ꝛ ſocios ad mitigandum iram ſuam contra nabal
virum ſuum: quam diſpoſuerat occidere propter
verba iniurioſa dicta nuncijs ſis. i. R. 24. Opera
ta eſt ꝛ vtiliter rachel vxor iacob recedēs a pře
ſuo laban īiuſto ſine noticia eius: ꝛ furās ei idola
ſua: ne idola adoraret vlterius ꝛ abſcondens ſub
ſtramentis ſuper quibus ſedebat; ne ea reperiret

pater ſuus: tabernaculum vbi manebant perquirens: ne vir ſuus iacob de furto argueretur: gen.

In ſimilibus ergo manuū operis mittat ad fortia: ſuſtinens: potius infamiam ⁊ mortem: q̄ȝ fidē frangat adulterium committens: vt fecit ſuſanna ergo illos iniq̄s ſenes: daniel. 13. Et ſi vir infirmetur etiam grauiſſime ⁊ toto tempore vite ſue: ⁊ de proſperitate deueniat ad miſeriam: fortiter operetur eum iuuando ei deuote ſeruiendo: cum eo incommoda ſuſtinendo: ſicut fecit anna vxor tobie ſenioris eum cecum factum: ⁊ pauperem non delinquens: ſed de ſuo labore texendo ſuſtentās: vt tobie. 3. patet. ſed ⁊ digiti eius apprehēdant fuſū: ideſt non dedignetur etiam humilia ⁊ vilia facere quecunq̄ꝫ oportet: vt nere coquere domum mundare ⁊ huiuſmodi. Et hic de octauiano ⁊ karolo magno legitur: q̄ filias ſuas docere fecit opere lanifico ſe exercere: ne ocioſe eſſent: etiā filios cum habet ⁊ poteſt: ⁊ ſi diues ſit ablactare debꝫ. Reprehendit grego. mulieres: que cum poſſint non lactant proprios filios: ſed dant alijs ad nutriendum di. 4. deniq̄ꝫ. que nutrices cum frequē ter ſint ebrioſe diſcole ⁊ luxurioſe: qui nutriuntur ab eis lacte inbibunt mores earum. Debet demū extendere manum ad paupes. facere enim elemoſynam: ſolent viri dimittere hoc vxoribus ſuis: quod facere debent ſecundum facultatem. Notabiliter tamen dare non debent alijs elemoſynas ſine conſenſu virorum. Tertio debet eſſe rara in diſcurrendo extra domum. Unde dicit in lateribus domus tue. ſ. ſit vxor: nō dicit in plateis ad tripudiandum: in hoſtio domus ad fabulandum vel murmurandum: in feneſtra ad procandum: ſed in lateribus domus tue intra in domū: nunc in vno latere ſeu loco: nunc in alio: aliquando in camera ad orandum aliquando in ſala ad ordinandum aliquando in coquina ad prouidenduꝫ: ⁊ huiuſmodi. Dicit beatus ambro. de glorioſa virgine deſpōſata ioſeph. Prodire de domo neſcia niſi cum ad eccleſiam veniret: ⁊ hoc cum lex mādabat: ſed ⁊ tunc non ſola: ſed cum cōiuge ſuo ſociata ibat ad templum in feſto: ⁊ cum filio: vt ſcribitur luce. 2. Multuꝫ eniꝫ attendere debet ad obſeruationem fame bone: ⁊ ideo conuerſationem perſonarum ſuſpectarum vitet: ⁊ acceſſus ad loca indebita vel non debito tempore. Dicit ſapiēs prouerbioruꝫ. 19. q̄ domus ⁊ diuitie a parentibꝰ ſcilicet dantur filijs: vxor autem bona a domino preparat̄. quaſi di. gratia dei ſpecialiſ eſt: vt quis bonam vxorem habeat. Et ideo cum fieri debet coniugium: vtraq̄ꝫ pars debet orationes facere: ⁊ ab alijs bonis perſonis procurare: vt dominꝰ det ſibi bonam ſocietatem. Nam ſi malaꝫ inuenerit: purgatoriū ſuſtinebit: ⁊ tamen patiēter ferre oportebit: quia diſſolui vel ſeparari non poteſt. Si bonam ſocietatē habebis: beatus es ⁊ bene tibi erit. vnde dicitur. Mulieris bone beatus vir. Sapiens enim mulier: dicitur prouer. 14. edificat domum ſuaꝫ: ideſt multiplicat omnia bona: ſicut vitis abundans in lateribus domus tue: que latera ideſt loca domus implet bonis. Inſipiens auteꝫ extructam manibus deſtruet ideſt operibus ſuis exterminabit familiam ⁊ ſubſtantiam: ſicut fecit illa peſſima ieçabel vxor achab regis iſrabel: ⁊ demum ipſa exterminata eſt: vt dicitur. 3. Re. 12. capitulo.

## Quantum ad tertium

principale: ſcilicet effectum: ad quem ordinatum eſt matrimoniuꝫ. Iſtud principaliter eſt procreatio filiorum: qui ad dei cultum nutriātur. Et hoc quod ſubdit. Filij tui ſicut nouelle oliuarum: ſcilicet erūt: ideſt pulchri moribus ſemper virides virtutibus: victorioſi in tribulationibus ⁊ tentationibus: oleum producētes in miſerationibus. Oliua enim eſt pulchra ⁊ ſemper viridis: ſignificat victoriam: ⁊ producit in fructum oleum. Equidē habere filios bonos ⁊ filias bonas: non eſt in poteſtate parentum: ſed dei miſerentis: ⁊ ipſius filij ſe ad hoc diſponentis. Unde inuenimus in ſcripturis optimos patres habuiſſe peſſimos filios. O q̄ȝ bonus ⁊ pius fuit ezechias rex iuda: ⁊ tamen filium ſceleratiſſimuꝫ habuit manaſſē. Malus fuit amon: ſed optimus fuit filius eius ioſias. Sancti fuerunt iacob ⁊ rachel et lya: ⁊ tamen filij aliqui fuerunt boni: vt ioſeph: aliqui mali quaſi omnes coniurantes in mortem ⁊ venditionem fratris: ⁊ ſic de alijs. Uerum eſt tamen q̄ communiter ſic accidit: q̄ bona arbor bonos fructus facit ⁊ econtra: quia boni parentes ſunt ſolliciti cū ad hoc teneāt iure diuīo ⁊ humano iſtruē filios in bonis moribꝰ: ⁊ ſemel imbuta recēs ſeruabit odorē teſta diu: vt dic̄ oratius. Quiſq̄ſ ſuorū ⁊ maxime domeſticorum curam non habet: fidem negauit. i. fidelitatem naturalem: ⁊ eſt infideli deterior: vt dicitur. 1. ad thi. 5. c. Sicut ergo nutrimētuꝫ corporis debet ei prouidere: ita ⁊ anime per bonam doctrinam. Unde ⁊ chryſoſtomꝰ dat iſtam regulam: q̄ quando quis vult ſumere coniugeꝫ bonam: attendat ad parentes eius: q̄r ſi bonos nouit: veriſimile eſt: q̄ bene inſtruxerint filiam ſuaꝫ vel filium: ⁊ inde talis bona vel bonus ſit. Et econtra ſi parenteſ mali ſunt ⁊ inhoneſti ⁊ filij ⁊ filie ſuperbi diſcoli ⁊ huiuſmodi: vt parentes ſui. Et q̄r filie quaſi continue conuerſantur cum matribus: parum cum patribus: ideo ex matrum moribus poteſt coniecturare de moribus filie: que proponitur pro coniuge. Multa mendacia dicuntur in huiuſmodi contractibus: ⁊ eſt graue peccatum: vt peſſima iuuencula dicatur bona: ⁊ pauper iuuenis luſor ⁊ debitus dicatur diues ⁊ bonus. Et ideo non omnibus omnia credas: ſed quere diligenter non reſpiciendo tantum ad dotem: ſed ad mores. Filij ergo tui per tuam inſtructioneꝫ ſint: vt nouelle plante oliuarum: admone vt ſint pulchri in exteriori cōuerſatiōe: vt nō ſint aduſti car

nali luxurie operatiōe:ſed virides caſtitate:⁊ qꝛ
vt dicitur.28.q.i.ſepe. Sepe malorum conſortia
ad crimen inducunt innocentes: quanto magis
eos qui ad vitia proni ſunt:vt adoleſcētes: ideo
admone de conuerſatiōe honeſta: ⁊ remotte eos
ab inboneſta:aſſueſcāt fortiter ſuſtinere aduerſa
incommoditates labores vincere tentationes ⁊
eſſe pauperibus miſericordes. Sic tobias docuit
filium ab infantia timere deum ⁊ abſtinere ab oī
peccato:⁊ poſtea in particulari:ꝙ deum laudaret
ſemper ⁊ oraret ad eum: conſilia ſapientum que
reret:a ſuperbia ſibi caueret:matrem honoraret:
caſtitatem ſeruaret:miſericordiam ad elemoſy-
nam exhiberet:vt patet tobie.4.c. Sic parentes
ſare vxoris tobie iunioris monuerunt eam ho-
norare ſocrum:diligere maritum: gubernare fa-
miliam:⁊ irreprehenſibilem ſe cuſtodire:tobie.x.
c. Sic parētes ſuſāne docuerunt eā ⁊ erudierunt
ſecundum legem moyſi in timore domini. Nūc
autem parentes quia ignorantes ſunt ⁊ paruꝫ de
um timentes:nec filios vel filias ſciunt per ſe eru
dire:⁊ quod peius eſt:quia nec curant eos mitte
re ad predicatiōes: moratur puella in domo nun
q̄ꝫ audit verbum dei:⁊ ſicut beſtia accedit ad cō-
iugium:⁊ vt beſtia ſe habet in coniugio. De gu
bernatione familie quomodo debet ſe quis ha-
bere ad vxorem filios ⁊ ſeruos ⁊ econuerſo ipſi
ad eos:habes etiam diffuſe in.4.pte ti.i.c.de pru
dētia icbominica. De vitijs ⁊ ſpeciebus varijs lu
xurie:que committuntur etiam a coniugatis:ha
bes ſupra in ſecūda parte ti.de luxuria.c. de adul
terio ⁊ alijs capitulis. De caſtitate coniugali ha
bes in.4.parte ti.de temperantia.c.de caſtitate.
De alijs que pertinent ad matrimoniuꝫ initia
tum confirmatum ⁊ conſumatum:⁊ peccatis que
circa hoc committuntur: habes in ſequentibus
capitulis huius ti.

De īpedimento mr̄imonij qd̄ dicitur error ꝑ
ſone. Capl̄m ſecundum.

Relinquet homo pa
trem ⁊ matrem ⁊ adherebit vxori ſue:⁊
erunt duo in carne vna:gen.2. Que v̄ba referens
xp̄s phariſeis:vt habetur mat.19. inſtituit matri-
monium:vt eſſet ſacramentum eccleſie:queꝫ ſta
tum approbauit in nuptijs ſe reperiens:quas mi-
raculo nobilitauit. Ar. ad h.30.di. hec ſcripſimꝰ.
Et tria inſinuantur in dictis verbis. Primum
eſt impeditio matrimonij:que reſecatur:qꝛ relin-
quet homo patrem ⁊ matrem.ſ.vt nunq̄ꝫ contra-
hat cum talibus.nullo enim tēpore mundi licuit
filium cum matre vel filiam cum patre contrahe
re:ſed in principio propter paucitatem licuit viro
contrahere cum germana ⁊ in proceſſu temporiſ
per legem diuinam additi ſunt quidam gradus:
per legem canonicam alij gradus ⁊ alia impedi-
menta:quorum quedam tātum impediunt:que-
dam etiam dirimunt: ⁊ de his primo agetur.
Secundum eſt contractio eius: que inſinuat:
qꝛ adherebit vxori ſue:quod fit contrahendo cū
ea. Et primo quidem per verba de futuro per
ſponſalia. Secūdo per verba de preſenti:⁊ tūc
adheret conſenſu. Tertio per copulā: ⁊ tunc ad
heret corpore. Et de his ſubſequenter agitur.
Tertium eſt effectio eius ad quā ordinatur:qꝛ
erunt duo in carne vna.i.ad iſtud opus.ſ. ad pro-
creandum prolem:que cōmuniter eſt vna:quam
etiam tenentur nutrire ⁊ moribus iſtruere:quod
fieri nō poteſt ſine mutua cohabitatione: ⁊ ideo
de ipſorum coniugatorum conuerſatione agitur:
ſupra in ſermone precedenti.
Sciendum igitur ꝙ matrimoniū in lege ciuili ca
noniçata.17.q.2.§.i.ſic diffinitur matrimonium.
Matrimonium eſt viri mulieriſq̄ꝫ coniunctio in-
diuiduā vite cōſuetudinē retinens. Viri ⁊ mulie-
ris dicitur ad differentiam brutoꝝ ⁊ ſodomitaꝝ
vbi maſculi in maſculos ⁊ femine in feminas tur
pitudinem operantur. In ſingulari etiam dicitur
viri ⁊ mulieris:qꝛ nulli vnq̄ꝫ femīe licuit hr̄e plu
res viros:nec in hoc vnq̄ꝫ diſpenſauit dn̄s: nec vl
li viro licuit plures vxores habere niſi ex dei diſ
penſatione extra de diuor.c.gaudemus. In quo
diſpenſati ſunt plures patres veteris teſtamēti vt
Abraham erga duas. Jacob erga quatuor. Da
uid erga plures. Et hoc ad dilatañ.dei cultum.
Qui ſolum ſeruabatur vere in familia illoruꝫ pa-
trum:alijs ad idolatriam declinantibus. Multi-
plicabatur autem dei cultus per multiplicationē
carnalem ꝓlis illorum. Cum etiā ad deſignādū
eccl'ie myſteria.ſ.ꝙ xp̄s d̄beret ſibi deſpōſare ec
cleſiaꝫ:non ſolum vnā vnitate fidei ⁊ dilectionis:
ſed pl'es reſpectu diuerſitatis locorum: ⁊ rituum
vnde aſſumpti ſunt ⁊ in quibus etiam in fide cō-
uerſantur. Nam alij vocati ex Judaiſmo. Alij ex
gentilitate. Et alios ritus hēt eccleſia oriētalis ali
os occidentalis. Cōiunctio additur:vbi nō ꝙ ma
trimoniū q̄ꝫtū ad ꝑfectiōem eius eſſentialē efficit
per coniunctionem animorum.i. conſenſum per
verba expreſſum:etiam abſq̄ꝫ coniunctione cor-
porum.27.q.2.c.ſufficiat. Ipſa tamen copula car
nalis addit quantū ad perfectionem ſignificatio-
nis qꝛ ſignificat perfectius coniunctioneꝫ chriſti
cum eccleſia:⁊ deitatis cū humanitate indiuiſibi
lem ſicut ⁊ matrimonium conſumatum eſt. Inſe
parabile puta per ingreſſum religionis. Et ſigni
ficat coniunctionem anime fidelis cū deo per di
lectionem que tamen ab eo ſepe per mortale pec
catum ſeparatur in preſenti. In vita beata vbi cō
ſumatum eſt matrimoniuꝫ:iſtud nunq̄ꝫ poteſt ſe
parari. Dicit etiam pe.de pal.in.4.di.26. ꝙ cōiun
ctio q̄ ē eſſētia mr̄imonij nō ē corpoꝝ cū illa ſeq̄t
nec fuit ī maria ⁊ ioſeph:vbi fuit veꝝ mr̄imoniū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nec ꝯſenſus precedens:cum illa ſit cā efficiēs ex
trinſeca:ſed ꝯiūctio ligamis media quā deꝰ effic.
Sicut ꝛ cetera que ſunt res ꝛ ſacramētum in alijs
ſacramētis ad quē conſenſus diſponit. Sicut aq̄
ꝛ verba ad characterē baptiſmi. Addit magiſter
ſententiarum ad dictam diffinitionez:maritał.qꝺ
dicitur ad differentiam concubinatus. Qui etiam
ſi duraret vſqꝫ ad mortem ꝛ fidem ſibi ſeruarent
non eſt matrimonium:ſed fornicatio. Nec obſtat
ꝙ Abrahā:Jacob ꝛ dauid dn̄r hūiſſe ꝯcubias ꝛ
tamen non fornicarie:ſed licite dicūt eis vſos fuiſ
ſe. Nā femīe ille aliqn̄ vxores dn̄r ī ſcriptura. Ali
qn̄ cōcubine. Vxores quidem in quātum cogno
ſcebantur vxorio affectu:ꝛ cōſenſu maritali. Seu
quantum ad debitum coniugale. Concubine aūt
dicuntur quantum ad regimē domus:ꝛ guberna
tionem familie:qꝛ non erant principales in hoc:ſꝫ
vna.ſ.prima. Alie vt obſecundantes:ſecundū Ni
colaum de lyra:ſuper Geñ. ¶ Sequitur in diffini
tione. Indiuiduā vite conſuetudinem retinēs.qꝺ
intelligitur ſecundū propoſitum ꝛ debituꝫ:qꝛ de
bent eſſe illius propoſiti ꝙ nunq̄ꝫ diuidantur ſm
hoſti.vnde non debent dirumpere coniugalis cō
paginis vnitatez.30.q.5.femie. Sic imperator di
citur Auguſtus quo ad propoſitum. Certū eſt tn̄
quandoqꝫ matrimoniū diuidi:ꝛ principē non ſem
per augere imperium: vt conſtantinus: de cu/
ius donatione propter hoc eſt dubium:vt pe. de
pal. in quarto dicit. Uite dicitur: quia mors
omnia ſoluit. Mortuo enim viro ſoluta eſt a le/
ge viri:vt dicit apoſtolus.i.corin.7. Sed eo vi/
uente ſine eo non poteſt orare. Ita.ſ.ꝙ ꝑpter hoc
deneget debitum exigenti nec vouere:ꝛ ecōuerſo
vir ſine vxore quo.ſ.ad caſtitatem in quo non ad
imparia iudicantur. Unde ſi coniugatus mortuus
reſuſcitaretur vt laçarus:que erat vxor eius: non
eſſet amplius vxor niſi iterum ꝛ de nouo contra
hendo. Et qꝛ quoddā matrimoniū eſt ſpirituale ī
ter prelatum ꝛ eccleſiaꝫ ſuā qꝺ finitur morte. Idē
dicendū de huiuſmodi hoc eſt ꝙ ſi plebanus p̄or
vel epūs mortuus ſuſcitatur:oportet ꝙ de nouo
eligatur in illa prelatura ſm pe.de pal. in 4°. Et
idem dicit de religioſo reſuſcitato:ꝙ non eſt obli
gatus religioni. Fuit aūt matrimoniū inſtitutum
a deo.di.26.c.ūnde. Et in paradiſo terreſtri dicē
te adam ex inſtinctu.ſ.ſ. Hoc os ex oſſibus meis
ꝛ ceťa. Geñ.2.c. Et ante pcm̄ quidē ſoluꝫ ad mul
tiplicationem prolis:poſt pcm̄ etiam ad vitatio/
nem fornicatiōis.i.corin.7. Propter fornicatio/
nem.ſ.ſuam:vnuſquiſqꝫ habeat ſuam ꝛ ceťa. Pro
pter ēt alias cauſas contrahitur. Sed ille ſunt p̄n/
cipales. ¶ Et dr̄ matrimonium:quaſi matris mu
nium.i.officiū:qꝛ dat mulieribus ēt matres. Et lꝫ
pater generationis ſit actor:ꝛ pene vxoris dn̄s.33.
q.5. Hec imago.tn̄ matrimoniū plus aſcribitᷣ ma
tri q̄ꝫ patri:qꝛ eius officiū plus apparet in matri/
monio:q̄ꝫ officium viri. ¶ Nam ante partū onero
ſus. In partu doloroſus. Poſt partuꝫ laborioſus
noſcitur ſibi ꝑtus.de cōuerſi.cōiu. Ex litteris. Nō

ꝙ licet iuriſte dicant:ꝛ etiam magiſter ſententiaꝝ
videatur dicere:ꝙ matrimonium large dicitur ſa
cramentū inquātū.ſ.eſt ſignum ſāctiſſime rei. Sꝫ
non confertur in eo gratia: ſicut in alijs. Tho.
ꝛ pe.de pal.ꝛ alij theo.cōiter tenent contrariuꝫ.ſ.
ꝙ ibi conferatur gratia:ad iſtum.ſ.effectum:vt ſci
at vnuſquiſqꝫ vas ſuū poſſidere in honore nō ī paſ
ſione deſiderij. Nō ſic ītelligitur:qꝛ habet minue
re ꝛ refrenare concupiām non per hoc ſolum ꝙ ſa
tiſfit concupiſcētie per actum coniugaleꝫ: qꝛ iſtud
eſt naturale:ſed per dei gratiam ibi operanteꝫ ſm
Jo.pariſieñ. vt videlicet ſit cōtentus coniuge ſua
vel ſuo ꝛ non feratur ad concupiſcentiaꝫ alterius:ꝛ
magis amet conſortē ēt turpiſſimā facie q̄ꝫ alienā
pulcherrimaꝫ. Qꝺ aūt in multis ſecus ſit hᷣ accidit
vel qꝛ ponunt obſtaculū gratie ſacrali:vel qꝛ rece
ptam non conſeruant vt in alijs ſacris. Eſt igitur
ꝑprie ꝛ ſtricte ſacr̄m. Omne eniꝫ ſenſibile a deo ī
ſtitutum in remediū cōtra pcm̄ conferens gratiā
ex opere operato ꝛ ſignificans eam eſt ſacr̄m noue
legis. Sed omnia hec conueniunt matrimonio.ꝰ
eſt ſacr̄m ꝑprie ꝛ ſtricte. Sed bene verū eſt ꝙ ha
bet minus de ſpūalitate q̄ꝫ alia ꝛ minor gratia cō
fertur ſecundum pe.de pal. Imprimit autem ma/
trimonium prout eſt ſacramētū noue legis orna/
tiuū qui vocatur vinculuꝫ vel nexus:qꝺ nō ſoluꝫ
eſt relatio rationis ſed aliquid abſolutū diſponēs
ad gratiā. Qui ornatus nō imprimitᷣ in matrimo
nio contracto ante baptiſmum:ſicut nec etiaꝫ im
primeretur character diſponens ad gratiā in con
firmato ante baptiſmū. Unde ꝛ infideles coniuga
ti recepto baptiſmo ſi de nouo cōtrahunt inter ſe
vir ꝛ vxor ſeu perſiſtunt in priſtino conſenſu tunc
īprimitur ille ornatꝰ ꝛ matrimonium coruꝫ eſt ſa
cramentum noue legis. Nam ante baptiſmū nō
erat perfecte ſacramentum:ꝑut.ſ.eſt cāns gratiaꝫ:
ſed erat matrimoniū illud quidā contractus. For
ma huius ſacramenti ſecundum pe.de pal.in.4°.
ſunt verba que dicunt contrahentes.ſ.accipio te ī
meam ꝛ cetera.vel aliud equipollens vt ex expſ/
ſiuum conſenſus per ſignum.materia ſunt ipſi cō
trahentes. Nec diſtinguitur hic materia in qua ſu
ſcipiens:ꝛ materia ex qua:ſicᷣ in euchariſtia:ꝛ alijs
qꝛ matrimoniū eſt contractus perſonaꝝ:ſicut alij
contractus ſunt contractus rerum in quibus con
tractibus res qui transfertur per pactum eſt mate
ria:ꝛ expreſſus conſenſus forma:vel etiam poteſt
dici ꝙ ſicut in euchariſtia ē duplex materia ꝛ du
plex forma:vnum tamen ſacramentum: ita ꝛ hic
cū dicitur. Accipio te in meā.i.do tibi me ipſuꝫ in
virum:eſt vna forma:verba:ꝛ vna materia ex q̄
ipſe qui loquitur: vel corpꝰ eius. Et alia materia ī
qua.i.obiectū in quod tranſit. Sicut cū dico. Hoc
eſt corpus meum. Et vlterius qn̄ reſpondet muli
er. Accipio te in meum.i.do me tibi in vxoreꝫ:eſt
forma:verbum: ꝛ materia ex qua loquens:ꝛ in q̄
recipiens. Et ſic diuerſis reſpectibus vnum eſt
formale reſpectu alterius ꝛ aliud eſt materia/
le. Que autem dicit ſacerdos cum benedicit ipas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nuptiaſ ē forma accidētalis ⁊ nō ē de ſubſtantia matrimonij ſm aug. ꝺ anco. Dicit et Tho. i 4°. ꝙ cū puella ꝑ verecūdia tacet parētibuſ eā viro tradētibuſ: verba parētū ↄputātur: ac ſi eſſēt puelle: taciturnitas illa habet̃ ꝓ cōſenſu. Et h° eſt v̄um de filijs ⁊ filiab⁹ reſpectu p̄ris ⁊ m̄ris tm̄. ſ. ꝙ ipi parētibus cōſentiētib⁹ exp̄ſſe tacentib⁹ filijs ↄhit̃ matrimoniū. Sȝ non ſic de alijſ cōſanguineis: vt extra de deſpon. impu. c. i. li. vi.

## Impedimēta que ſcilicet

impediūt cōtrahendū matrimoniū vel dirimūt iā cōtractū: cōtinentur i verſib⁹ imediate ſupra poſitis i ſmone: qui icipiūt: Error cōditio ⁊ cetera ibi vide. ¶ Eſt g̃ primū ipedimētū error. Sed nota ꝙ ē triplex error. ſ. ꝑſone fortune ⁊ cōditiōis: ⁊ de iſto tertio errore cōditiōis dicetur i ſequēti. c. Primus ergo error dirimit m̄rimonium: ⁊ hoc niſi cognito errore ratificarȝ dictū matrimōium. cū. n. de eſſentia m̄rimonij ſit cōſenſus viri ⁊ mulieris i alterutrū ꝑ verba expreſſus: vbi eſt error ꝑſōe: puta ſi Joānes dicat ſe eſſe Petrū: nullus eſt cōſenſus. Nā qui errat nō cōſentit. ff. de iu. ⁊ fa. igno. l. ſi ꝑ errorē. ⁊ errātis voluntas nulla eſt. C. de iuris ⁊ fac. ignorantia. l. cū ꝑ teſtamētū. ſequit̃ g̃ ꝙ nō ſit cōiugiū. Qd talis error ꝑſone dirimat m̄rimōium: ꝓbat pe. de pal. i. 4. ſic: Error q reſpicit id qꝺ ē de ſubſtātia m̄rimonij: ſicut ſūt ꝑſone que ſunt materia q̊ ad ſubſtantiam m̄rimonij: dirimit m̄rimonium de iure diuino: q2 nō pōt facere ius humanum: ꝙ illa i quam nō cōſenſit: ſit vxor mea: q2 ſicut nō eſt m̄rimoniū niſi ꝑ cōſenſum: ſic nō eſt matrimoniū cū iſta: niſi ꝑ cōſenſum i iſtam. Sed ſi errat quis i perſona intēdēdo cū vna cōtrahere: ⁊ alia ſibi p̄ſtat̃ loco eius nō cōſenſit in illam. vn̄ nec vxor ſua ē: ſicut nec Lia fuit vxor iacob: cuȝ caȝ primo cognouit vxorio affectu: q2 itēdebat ad rachelem: ſed poſtq̄ȝ cognouit liā eſſe ratum habens: ⁊ in illā vt vxorem cōſentiēs facta ē vxor. Sic ēt quilibet errās aduertēs de errore pōt ratificare ⁊ cōtrahere: cū qua prius nō itendebat.

## Error āt fortūe et qualitatis

puta ſi credidit cōtrahere cū diuite vl̄ virgine: ⁊ inuenit pauperē vel corruptā: n̄ excludit cōſenſum: nec ꝑ cōſequēs dirimit m̄rimonium. Tho. i. 4. di. 30. ⁊ i decretis. 29. q. i. §. his ita. Error vero nobilitatis vel dignitatis ſi redūdat in errorē ꝑſone: ipedit m̄rimoniū: alr̄ non. Exēplū i filio regis vel p̄mogenito: cū quo aliq̄ itendit ↄhere ⁊ p̄ſtatur ſibi ciuis loco ꝑdicti. vn̄ n̄ tenȝ Tho. i. 4. di. 30. Idē ricar. dicēs ꝙ ſi errat̃ circa ſubiectū nobilitatis: nō tenet: vt cū quis itendit cōtrahere cū filia regis: ⁊ ſibi hn̄ p̄ſtat̃ loco eius filia ciuis. Sȝ ſi errat̃ circa nobilitateȝ ſubiecti tenet: vt cum cōtrahit cum ꝑſona ſibi nota: quā putat regaleȝ habere dignitatē ⁊ nō hēt. Pe. de palude i. 4. diſtiguit de errore ꝑſone: q̄ ad fortunā vel qualitatē: ⁊ dicit ꝙ ſi error eſt abſolutus q2 talis error nō cadit ſuper aliqꝺ qꝺ ſit de eſſētia m̄rimōij: i ō nō impedit nec dirimit nec iure diuino: q2 cōcurrūt eſſentialia. nec iure humāo: q2 nō iuenitur ſtatutū vt cōtrahēs cū paupere: quam credit diuitē ⁊ hi⁹. hēat impedire. Sed ſi ſit error cōditionat⁹. i. cōtrahit cum cōditione: q̄ ē honeſta ⁊ poſſibilis: ea exiſtēte ſtaret: nō ſtāte nō ſtaret: puta ↄtraho tecū: ſi tu es diues vt ego vl̄ ita vt dictū ē mihi: vl̄ ſi dabiſ mihi tātā dotē.

¶ De impedimēto cōditiōis ſuil̃. Ca. 3.

## Secūdū impedimētum

eſt error circa ↄditionē ꝑſōe: vtꝫ. ſ. ſeruilis vel libere cōditionis ſit. Circa qꝺ tria ſunt notanda.

**Primū** q2 ſi error ſit paris cōditionis vel ēt melioris q̄ȝ ſua: puta ſeruus cōtrahit cum ſua: quā putabat liberā: vel ↄtrahit cū libera: quā putabat ſuā: talis error nō dirimit m̄rimoniū: q2 nō decipit̃. 29. q. 2. ſi qs liber. Ray. Tho. Pe. Hoff. ⁊ Inno. Si tn̄ mulier ignoraſſet ſuitutē viri nō eēt m̄rimonium.

**Secūdū** eſt ꝙ ſi liber vel libera ↄtrahit matrimoniū cuȝ ſerua vl̄ ſuo ignorāter. i. neſciēs cōditionē ſuitutis: nullum ē m̄rimoniuȝ: niſi poſtq̄ȝ ſciuit ↄditionē ei⁹ cōſēſit i eo vel v̄bo vel facto. ſ. carnaliter cognoſcēdo. 29. q. 2. ſi qs igenuus. vel niſi i aīo teneat: ꝙ ēt cum illa ↄtraheret: ſi eēt ācilla ſꝫ Ricar. Si v̄o nō certitudinaliter ſciuit: ſed ex his que audiuit habuit probabilem opinioneȝ de ſeruitute: ⁊ cognouit eā nō poteſt relinquere. ſi vero habuit leuem ⁊ temerariam: non obſtāte ꝙ poſtea exegerit debitum: ſi certius ſciuerit de ſeruitute poterit petere ſuam ſepationem. ¶ Item ſi talis poſtq̄ȝ ſciuit ſuitutē eius: cuȝ quo vel cuȝ qua ↄtrahit: cōſentit i eum debet ꝑ eccleſiā cogi alius: qui. ſ. ē ſeruus ad aſſentiēdum: ſi tamen anteq̄ȝ conſentiret: alter eorum cōtraheret cum alio vl̄ cū alia: teneret iſtud vltimuȝ Guil. ⁊ ho. ⁊ ricar. in. 4. di. 16. dicit ꝙ non eſt ibi matrimonium: ſȝ tenetur ratione promiſſionis facte: ⁊ ideo eccleſia compellet cum illa remanere: vt de nouo cōtrahat: ſi videlicet nondum contraxit cum alia de preſenti.

**Tertiū** eſt: ꝙ ſi liber vel libera ſcienter ↄtrahit cum ſerua vel ſeruo: tenet m̄rimonium. 29. q. 2. ſi quis liber. Et i hoc caſu ꝓles ſequitur matrem de iure cōmuni: quātū ad conditionem ſeruitutis vel libertatis: extra de na. ex li. ven. c. i. ſm petrū ⁊ ricar. in. 4. di. 35. ¶ Pe. dē pal. dicit in. 4. hoc eſſe verum de iure ſi tn̄ ſit conſuetudo in contrarium: tenet cōſuetudo. Et io. an. dicit ꝙ de conſuetudīe pōt induci: ꝙ i hoc filius ſequat̃ patrem. ſ. quo ad libertatem: ⁊ idem ſi eſſet lex municipalis: ⁊ hoc videt̃

eẽt ĩ partibus italie:naʒ nati ex ancillis ⁊ liberis
viris fornicarie ſunt liberi:quãtũ ad honores ⁊
dignitates ſequit̃ patrẽ:rationẽ huius ibi vide.
¶ De cõſuetudĩe tñ ſpãli aliquaꝝ terraꝝ partus
ſequit̃ deterioris cõditionis parẽtẽ: ſiue ſit paꝰ:
ſiue mater:ſed ſi pr̃ poſt actum mr̃imonium ſe
vẽdiderit nolẽte vxore:qđ facere põt ẽm ricar.
tũc partus ſequit̃ matrẽ:ſi ipſa ẽ libera: ſi vterqȝ
eſt ſeruus ⁊ diuerſoꝝ dñoꝝ:fiet diuiſio liberoꝝ
ẽm numerũ:⁊ ſi ẽ vnus tñ:ille penes quẽ rema
nebit recõpenſabit alias dño iuſtũ preciũ. Item
nota ꝙ ſerui ĩuitis dñis pñt ꝯtrahere mr̃imoni
um:extra de ꝯiugio ſeruoꝝ.c.i. ⁊ q̃uis dñi eorũ
pñt tales vẽdere:qꝛ ex ꝯtractu mr̃imonij nõ a/
miſerũt ius ſuũ ſup eos:nõ tñ ĩ partibꝰ ita remo
tis debẽt mittere vel vẽdere:ꝙ impediat̃ vſus
mr̃imonij cũ cõiuge ſua. Si ãt ſerui de volũta/
te dñoꝝ cõtraxerũt:tũc nõ pñt dñi precipere ali
quid ĩ ꝑiudiciũ redditiõis debiti.vñ magis obe
diet cõiugi debitũ exigẽti:q̃ȝ dño tũc aliud im/
perãti.ricar.vbi ſupra.

## De ſeruitute ſequenti

mr̃imoniũ cõtractũ p verba de pñti. Nã que di
cta ſũt ſupra videnẗ hr̃e locũ qñ ſeruitus ĩpa ꝑ/
uenit cõtractũ mr̃imoniũ: altero cõiugũ libero
⁊ ignorãte ſeruitutẽ cõſortis. Sciẽdũ igit̃ ꝙ cõ
tracto mr̃imonio de pñti:⁊ multo magis conſu/
mato nõ põt vxor facere ſe ſeruã alterius inſcio
⁊ inuito viro vel ignorãte iure dĩno:q̃ dr̃ gen.3.
Sub viri ptãte eris:⁊ ĩpe dñabit̃ tui. Secus aũt
ẽ ĩ iure ciuili:qꝛ ẽ ſocia ⁊ nõ ſubiecta:ĩmo ſui iurꝭ
vñ ẽm ius ciuile videt̃:ꝙ ſe vxor põt facere ãcil
lã alterius:theologi tñ dicũt oppoſitũ. Et ſiqdẽ
illa ſubiectio quã ſcriptura põit eẽt tñ iudiciaꝉ:
abolita eẽt p xp̃m ⁊ ius ciuile oppoſitum:ſedꝗꝛ
naturalis ẽ ⁊ moralis rõi recte cõcordãs repeti/
ta ĩ nouo teſtamẽto:iõ veriuſ eſt qđ dicũt theolo
gi. Maritus ãt poteſt ſe ſeruũ facere:tenet̃ tamẽ
r̃ddere debitũ vxori talis:⁊ põt exigere ẽt dño
ſuo ꝓhibẽte.vbi ẽt attẽdẽdũ:ꝙ cũ dicit̃ ꝙ aliqs
ꝑt ſe ĩ ẽuũ dar̃ ĩtelligit̃ dar̃.i. venũdar̃ ſe ad ꝑciũ
participãdũ:alias donatio ñ valeret:qꝛ donatio
excedẽs quĩgentos ſolidos.i.aureos reputat̃ im
menſa iure ciuili:⁊ quatenus eſt vltra:eatenꝰ nõ
eſt valida:ꝙ ſi eẽt res ĩdiuiſibilis: forte totũ vi
ciaret̃. C.de dona.l.ſiquis. ſed libertas ẽ res in/
extimabiliſ ⁊ ĩdiuiſibilis:vñ dare ſe ĩ ſeruũ:ẽ im
mẽſa donatio:⁊ nõ valet. ¶ Ex hoc ãt ꝙ qs pꝰ
mr̃imoniũ contractuʒ de pñti ſiue conſumatum
ſiue nõ venũdet ſe:nõ ꝑiudicat̃ matrimonio:qꝛ
ſeruitus ſuperueniẽs ñ dirimit ipſum:nec p hoc
vxor efficitur ſerua:nec liberi eoꝝ efficiũt̃ ſerui:
qꝛ partus ſequitur ventrẽ. Nõ ergo ꝑiudicatur
vxori: quia vt dictum eſt: non fit per hoc an/
cilla etiaʒ ſi taceat:quia ꝓhibere non põt: etiam
ſi cõſentiat:qꝛ ñ cõſentit vt ĩpa ſit ancilla:ſʒ vt il/
le ſit ſeruus:ad qđ ñ ſequit̃ ĩpam fieri ancillã:cuʒ
ſeruus poſſit hr̃e vxorẽ liberã. Nota tñ ꝙ vbi

ẽ cõſuetudo:ꝙ cõtrahẽs cũ ſeruo fiat ſerua va/
let. Nã ſicut ius ſcriptũ potuit ĩuenire nouũ mo
dũ ſeruitutis:ita ius ñ ſcriptũ:qđ dr̃ cõſuetudo:
ita etiã vt mulier alterius terre liget̃ eo ipſo:ꝙ
contrahit ĩ terra tali cõſuetudine affecta:tum qꝛ
cõtrahendo ſortitur forum:tũ qꝛ vt vxor ſequi
tur domiciliũ viri:ſed ſi mulier ignoraret cũ ẽuũ
aut talem cõſuetudinem:non ligaretur:qꝛ ſtatu/
ta ciuitatũ non ligant ignorantes ea nec conſue
tudines:de conſti.c.i.li.6. Hec omnia pe.de pal.
in.4.di.xxxvi.

## De carnali copula ta/

lis coniugij.ſ.ſeruorum vel alterius eoruʒ ſerui.
¶ Nota primo ꝙ ſi dñs talis ſerui vel ſerue ꝓ/
hibeat copulã vel actum coniugalẽ:ſi ſine cauſa
ꝓhibet non audit̃. Neminẽ.n.audit.i.exaudit ꝑ
tor ſine cauſa. Nõ ãt põt matrimoniũ ſeruis ꝓ/
hiberi a dñis aut actus eius ſine cauſa:nec tenẽt̃
in hoc eis obedire:aut ꝓhibet hoc dñs.ſ.actum
coniugij cũ cauſa:puta qꝛ indiget ſeruitio ſuo. Et
tunc diſtingue qꝛ aut dñs conſenſit in coniugi/
um:⁊ tunc ẽt nõ auditur nec poteſt ꝓhibere:aut
non conſenſit in cõiugium.⁊ tũc debet dño obe
dire:non coniugi cui non potuit ſe obligare ſal/
uo iure alterius: vbi tñ poſſet vtriqȝ ſatiſfacere
⁊ ſibi ⁊ coniugi de actu cõiugali ⁊ dño ſuo đ ſer
uitio cõpetenti poſſet vtrunqȝ facere:⁊ dñi debꝫ
permittere:ſʒ ſi vadit ad loca remotiora ⁊ indi/
get tali ſeruo:tunc ſeruandũ qđ dictũ eſt:vel vẽ
dat in illis partibus vbi eſt coniunx ſi poteſt.
¶ Secundo nota ꝙ cũ quis ſcit ſe ſeruuʒ ſi cre/
dat aliam vel alium cum quo contrahit ſcire eẽ
talem:qui tamen ſit liber:aut ꝙ affectuoſe adeo
diligit ꝙ etiam conſentiret:ſi ſciret eſſe talẽ:ex/
cuſatur a peccato ex quo vxorio affectu cogno/
ſcit vel cognoſcitur:alias ſi ſciat non tenere ma/
trimoniũ fornicatur quouſqȝ alium certiorauerit
de ſua conditione:⁊ ille nihilominus conſentiat
in eum vt in coniugem. Eſt autem in eius ptãte
qui ignorabat hoc poſtq̃ȝ ſciuit ratificare ſeu cõ/
ſumare dictum matrimonium. ¶ Tertio nota đ
libero neſciente eſſe ſeruum vel ſeruam cum q̃
contrahit. Et quidem q̃ȝdiu credit coniugem li/
berum vel liberam:licet nollet conſentire ſi ſci/
ret:tandiu excuſatur a peccato:vt iacob in facto
Lie ꝓp ignorantiam facti probabileʒ ⁊ filij erũt
legitimi ſi ſit in facie eccleſie contractum matrĩo
nium. ¶ Quarto nõ cum oritur dubitatio vel q̃
ſtio de tali matrĩonio quid agendũ. Scienduʒ
igitur ꝙ eſt differentia inter ſcientiam ⁊ conſci
entiam ⁊ ſcrupulum circa talem materiam.nam
ſcientia qꝛ habet euidentiam:⁊ non eſt niſi vero
rum: qui habet ſciaʒ de impedimento:ſiue ſerui
tutis ſiue alterius impedimenti dirimentiſ:nullo
cogente non poteſt petere aut reddere debitum
quin aut ſibi preiudicet ſi in ipſo erat matrimo/
niuʒ ratificare aut peccet ſi in ipſo non erat ma/
trimoniũ ratificare:vꝉ erat:ſʒ nõ ĩtẽdit ratificar̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

per hoc. quando vero de hoc habet conſciam
ꝛ ſi non ſciam de impedimento.i.firmam credu
litatē habet de huiuſmodi impedimento: q̄uis
clare non ſciat ligatur tamen ſua conſcientia er/
ronea:nec refert vtrum leui aut ꝓbabili cā mo/
ueatur:qꝛ etiam contra conſcientiaꝫ erroneam
nullus debet cuicunqꝫ homini obedire:duꝫ du
rat talis conſcientia:qꝛ omne quod eſt cōtra cō
ſcientiam edificat ad hehēnam.ſed quando hꝫ
ſcrupulum conſcientie.i.qꝛ dubius eſt:ꝛ tūc ſi ex
temeraria ꝛ leui cauſa vt qꝛ audiuit a paucis ꝛ
leuibus perſonis debet deponere.qua depoſita
poteſt petere ꝛ reddere debitum.ſi autem dubi/
tat ex probabili cauſa poteſt reddere:qꝛ i dubio
debet quis obedire prelato ſicut vaſallus in du
bio debet dn̄m ſuum iuuare.23.q.i.quid culpa/
tur.ſed non debet petere qꝛ exponet ſe ꝑiculo:ꝛ
aug⁹ dicit Tene certum ꝛ dimitte incertum non
petendo certum eſt ꝙ nō peccat. Et hec diſtinc
tio habet locum in omnibus īpedimentis q̄ ſim
pliciter impediunt matrimonium vel actū eius:
quo ad perſonam que habet noticiam:hoc eniꝫ
faciat perſona ſm̄ dictam diſtinctionem vbi nō
vult matrimonium conſumare alias ſibi preiu/
dicat ꝛ peccat. ¶ Sed quid iuris ſi de hoc lis pē
deat in foro iudiciali?dixit hoſti.etiam ſi ſit cer
tus ꝑꝑ dubium euentum poteſt reddere ꝛ peter̄
debitum affectu coniugali cognoſcendo:non vt
liberam nec vt ancillam:ſed vt cui queſtio ſtat⁹
mouetur:vnde ꝑꝑ primum nō peccat ꝑꝫ ſm̄ nō
ſibi preiudicat maxime ſi ab eccleſia vrgeatur.
Et magiſter ſn̄iarum in.4.di.38.dicit ꝙ dꝫ red
dere ſi vrgetur qđ etiam vr̄ in gradibus huma
na lege prohibitis :ꝛ perconſequenſ in īpedimē
to ſeruitutis in quibus eccleſia que ſtatuit:quan
do vult deſtituit ꝛ diſpenſat:non āt in gradibus
diuina lege ꝓhibitis in quibus eccleſia forte ni
hil poteſt. Sed iſta opinio quo ad primū nō va
let:qꝛ eccleſia qn̄ precipit debitum reddi lite pē
dente nō intendit diſpenſādo matrimoniū facē
ſi nō eſt.nam ſi ītēderet matrimoniū facere:aut
hoc eſſet vſqꝫ ad tp̄s ſn̄ie:ꝛ hoc nihil eſt:qꝛ ma
trimoniū nō poteſt fieri ad tp̄s aut ſimpliciter:ꝛ
tunc poſtea nō diſſolueret:ſi etiam hoc intēderꝫ
nō poſſet facere vt ille qui nō eſt verus maritus
ſit verus maritus cōtra voluntatem ſuam.vnde
non refert ſiue qđ moueatur ſiue nō :vt de reſti.
ſpo.l̄r̄as.ſed diſtinguendū ē vt ſupra dictum eſt
immediate. Itē qꝛ dictum eſt ſupra ꝙ in hi⁹:qn̄
eſt dubiū debet obedire.ſ.in reddendo debituꝫ
Precipit.n.hoc papa in tali dubio per decretalē
illam inquiſitioni.de ſen.exco. Poſſet ēt dici ꝙ
circūſcripto etiā precepto pape idem eſſet faciē
dum:qꝛ ſi aliquid eſt ita dubiū :ꝙ vna pars eſt
certa alia dubia an ſit peccatum dꝫ tenere certū
ꝛ dimittere incertū:qꝛ qn̄cunqꝫ poteſt ſe liberar̄
a periculo peccati tenetur:vnde manifeſta eſt rō
qꝛ non debet petere:qꝛ certum eſt ꝙ non petere
eſt licitum. ¶ Eſt autem dubium vtrum petere
ſit peccatum:ſꝫ in reddendo nō eſt ſic:qꝛ vtrūqꝫ
eſt dubium:qꝛ ſi eſt matrimonium negare eſt in
iuſticia :ſi nō eſt matrimoniū reddere eſt luxu
ria:ſed nō eſt equaliter dubium hinc inde:quia
preſūptio eſt pro matrimonio quouſqꝫ contrari
um ꝓbetur vnde reddere tenetur debitū Si āt
eſſet equalit̄ dubiū hinc inde:puta qꝛ vna ſn̄ia
eēt lata ꝓ matrimonio:alia contra ꝛ neutra tran
ſiſſet in rem iudicatā:adhuc quia nullus debet
ſpoliari re ſua ſiue poſſeſſione: immo ſpoliatus
ante omnia eſt reſtituendus niſi ꝓbationes ī cō
trarium ſint in ꝓmptu:inde eſt ꝙ debet reddere
debitum:ēt ſi ſit gradus indiſpenſabilis vt filie ꝛ
pr̄is vel filij ꝛ matris qn̄ petens eſt in poſſeſſio
ne:vel cum eſt ſpoliatus abſqꝫ auctoritate iudici.
Et nō ꝙ error hi⁹.ſ.cōditionis īpedit ꝛ dirimit
ex ſtatuto eccleſie que ēt poſſet ſtatuere ꝙ non
dirimeret:ſicut poſſet ſtatuere:ꝙ error fortune
dirimeret cū tamen non dirimat vt dictum eſt
pe.de palu.in quarto.

## ¶ De impedimēto voti ſolēnis. ca.iiij.

Tertiuꝫ impedimē/
tum ē votū.ſ.ſolēne non āt ſimplex. Si
quis ergo vel ſi qua hꝫ ꝓfeſſionē tacitā vl̄ expſ/
ſā alicui de religionib⁹ approbatꝭ:tale votū īpe
dit matrimoniū cōtrahendū:ꝛ dirimit cōtractū.
vnde contrahendo nullū eſt ꝛ incurrit excōica/
tionē extra de cōſanguinitate ꝛ affi.eos ī cle. Si
āt feciſſet ꝓfeſſionē in aliqua regula nō approba
ta vel ēt in regula tertij ordinis ſiuē bicꝫochaꝛ
beati dominici vel beati franciſci :non vr̄ ꝙ illō
habeat dirimere cōtractum:q̄uis āt ſimplex vo
tum quātūcunqꝫ ſit publicū non dirimat matrio
nium cōſumatū:īpedit tamē cōtrahendū ꝛ etiaꝫ
conſumanđ iam contractum.vnde talis contra/
hendo peccat mortaliter ēt ſi intenderet nō con
ſūare:ſꝫ religionē ingredi:qꝛ facit cōtra iura di.
27.ſi vir.ꝛ qꝛ exponit ſe periculo frangendi vo
tum. Poſt cōtractū āt adhuc remanet obligat⁹
ad obſeruanđ:cū poſſit ante cōſumationem .vn̄
cōſumādo iterū peccat mortalit̄.ricar.ī.4.di.38

Quartum impedimentū ē cognitō
ꝛ qꝛ iſtud eſt prolixius
ceteris vltimo reſeruetur.

## ¶ De impedimento criminis. ca.v.

Quintū auteꝫ quod
ſequitur eſt crimen. vbi nō ꝙ tria ſunt
crimina que impediunt ꝛ dirimunt cōtractum.

Primum ſi qua mulier machinata
fuerit in mortem vxoris
alicuius ꝛ ipſam cuꝫ effectu occiderit animo ha
bendi virum illius in ſuum:ꝛ ſimiliter ſi quiſ ma
chinatus fuerit ꝛ cū effectu occiderit viꝛ alicu⁹



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mulieris:vt hēat eā ī vxorē:tales ſi cōtraxerīt ſē
pēit⁹ ſeparandi:q2 ī fornicatiōe ſūt.31.q.3.ſiquis
viuēte. Et licet aliqui vt ricar.ī.4.di.35. hoc in
telligāt cum fuerat īter eos cōmiſſū adulteriuʒ:
dū primū ſtabat cōiugiū:verioꝛ tñ eſt opi.inno.
ꝛ ho.dicētiū:ꝙ ſola machinatio moꝛtis cū effe
ctu ēt abſq3 adulterio dirimit vel ſufficit ad diri
mēdū. Idem etiam ſi pꝛecepit vel mādauit vel
cōſuluit īterfici eo.ſ.animo:vt haberet vxorē il
lius ī ſuam vel virū ī ſuū virū ſm Guil. ꝛ hugo.
etiā ſi hoc faceret ꝓpter īfidelē:quē poſtea īdu
ceret ad fidē ꝛ cōuerteret.ricar. Sed ſi occidit
maritū alicu⁹ mulieris:nō eo animo vt habeat
vxorē ei⁹ ī ſuam vxoreʒ ſed ex odio vel ī bello
hoc ñ habet dirimere vel īpedire matrimoniū:
extra de cōuer.īfide.c.laudabilē. Et ſimiliter ſi
quis vel ſi qua ñ mādauit nec cōſuluit nec pꝛece
pit īterfici aliquē:tamen īterfectū illū ratū habʒ
vt habeat ī virū ſuū vel ī ſuā vxorē: talis ratiha
bitio nō cōparatur mandato: ꝛ ſic hoc ñ habet
dirimere mr̄imoniū ſequēs.

## Secundum crimen eſt

adulteriū:ꝛ hoc.ſ.qñ adulterātes pꝛeſtant ſibi fi
dē ꝓmittendo vel dādo ſiue iurādo ꝙ ꝯtrahēt
ꝛ hoc ſiue ipſa adulterīa cōmixtio fuerit īter eoſ
ante pꝛedictā ꝓmiſſionē ſiue poſtea dūmō ſtāte
pꝛimo mr̄imonio.31.q.1.relatū. quādo āt īterue
nit nuda pꝛomiſſio nec fide nec iuramēto firma
ta ſed ſimpliciter ꝛ adulterina cōmixtio ante vl̄
poſt:vtrū hoc habeat dirimere cōtractū poſtea
mr̄imoniū:ſup quo fuit pꝛomiſſio:ricardus ī.4
di.35.dicit aliquos tenere:ꝙ dirimat:ꝛ aliquos
tenere ꝙ ñ dirimat:ꝛ nullā alteri pꝛefert. Unde
vt hoc caſu videt̄:ꝙ eēt dñs papa cōſulēd⁹ vel
petenda diſpēſatio ad cautelā nec faciliter diri
mēdū. Si autē adulterī: pollutio pꝛius vel po
ſtea nō īteruenerit:q̄uis dederit ſibi fidē de cō
trahēdo:p hoc ñ īpeditur matrimoniū ſequens
īter illos ſoluto pꝛīmo:extra de eo qui dux.ī ma
tri.quā pol.per adul.c.vlt.grauiter peccauerunt
ſʒ ricar. Itē ſi q̄ cōiugata:puta berta pmittit ſe
cognoſci ab aliquo hac ꝓmiſſiōe fide uallata ex
acta ꝛ recepta:ꝙ poſt mōtē viri ſui ille adult̄ du
ceret in vxorē eā:quaʒ ſibi cōſulet:quedā pſōa ipi
berte cōiugate familiaris ꝛ ꝓpinqua ītēdēs ꝛ p
babiliter credēs:ꝙ conſulet de ipſa berta:moꝛ
tuo viro berte:ſi adulterat⁹ cū ea poſtea cōtra
hat cū ipa:ex eo ꝙ illa ꝯſuluit:ꝛ ſic ille ꝓmiſerat
nullū eſt mr̄imoniū:ſed dirimēdū:q2 ī fraude fa
ctū:ꝛ fraus ꝛ dolus nemini debet ꝓcinari: ex
tra de īmu.ec.aduerſus:ſecus ſi alia ītētiōe face
ret.ricar.in.4.di.35.

## Tertiū crimen eſt quā

do durāte mr̄imonio cōtrahit de facto cū altera
Et hic nō diligēter ꝙ ille qui habet vxorē:ꝛ ipa
viuēte ducit aliā de facto:aut iſta ſcit iſtū hēre
vxorē aut nō:ſi quando contrahit cū ipſo ſciuit
ꝙ habebat aliā:ñ pōt cū illo eē mr̄imoniū: ēt ſi
moꝛtua pꝛīma vxore de nouo ꝯtrahat. Et idē iur̄
ē ſi neſciuit quando contraxit:ſed poſtea ipa pꝛi
ma vxore illius adhuc viuente ſciuit ꝛ permiſit
ſe cognoſci ab eo cum quo de facto contraxerat.
Si vero ab initio quando contraxit neſciuit
illum habere vxorem ꝛ ſemper ſtetit in iſta ne
ſcientia vſq3 ad moꝛteʒ vxoꝛis illius:ſed p⁹ moꝛ
tem eius ſcit eſt in poteſtate illius ignoꝛantis ma
trimonium ratificare vel diuoꝛtiuʒ petere:ita tñ
ꝙ poſtq̄ ſciuit ꝛ ſe cognoſci permiſit non pote
rit diuoꝛtium petere:extra de eo qui duxit ī ma.
c.1.ꝛ.c.veniens.ꝛ de cōiu.ſeruoꝛum.c.ꝓpoſuiſti.
34.q.2.ſi virgo.alias poterit petere ſi vl̄t. Et qđ
dictum eſt de viro ducente ſecundam vxoreʒ đ
facto idem per totum intellige de muliere ducē
te ſecūduʒ virum vel maritum de facto. Si
āt moꝛtua iam pꝛima vxore vir non cognoſcit il
lam ſcđam adulteram carnaliter que ſecuʒ igno
ranter contraxerat:ſed ipſe ducat tertiam ſcđm
hoſti.debet remanere cum tertia:q̄uis etiaʒ po
ſtea cognoſcat ſecundā:q2 pꝛima viuente conſē
ſus habitus cum ſcđa nullus fuit:ꝛ ſic non impe
diuit conſenſum tertie:quinetiam ſi poſt moꝛteʒ
pꝛime cognouit carnaliter ſecūdā que fuit igno
rans iſtum habuiſſe vxorem ꝛ nunc etiam igno
rans eſt:ꝛ ipſe vir contrahat cuʒ tertia:adhuc re
manebit cum tertia. Idem de muliere erga viꝝ
dicit̄ āt ſm hoſti.mulier inſcia qñ habet iuſtam
cām ignoꝛandi vt q2 vir de remotis veniens aſ
ſerebat ſe non habere vxorem:extra de ſpon.cū
ad publicum. Ideo āt inſcia ñ cōmittitur adul
terium:q2 ñ ſine dolo cōmittitur.34.q.2.ī lecto
idē io.an.ī oib⁹ pꝛdictis.

De diſparitate cultus. ca.vi.

## Sextum impedimē

tum ē diſparitas cultus.ī.fidei inter con
trahentes vbi nō tria puncta.

**Et pꝛimū** ꝙ fidelis contrahens cuʒ
iudeo vel pagano vel etiā
cathecumino nōduʒ baptizato non eſt verū ma
trimonium ꝛ ſic eſt nullum.28.q.3.§. ex his ſm
tho.pet.alber.ray.ꝛ ricar.ſponſalia poſſunt con
trahi a fideli cum infideli cum hac conditiōe: ſi
infidelis conuertatur.28.q.1.c. nō opoꝛtet.

**Secundum** eſt:ꝙ catholico cōtra
hente cum perſona he
retica baptizata verum eſt matrimoniū:nec di
rimitur ꝑꝑ hereſim:q̄uis peccet ſcienter contra
hens cū tali. Et ſimiliter fideli cōtrahente cū fi
deli ꝑ verba de pꝛeſenti:quantūcūq3 alter eoꝝ
efficiatur hereticus iudeus vel paganus non po
teſt dirimi matrimonium:etiam ſi adhuc ñ erat
conſumatum.ray.ꝛ ricar.

**Tertiū** punctum eſt:ꝙ infidelibus con
trahentibuſ adinuicē mr̄imoniū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̄uis n̄ ſit pfectū ſm perfectōnē gratie nec ratū:
eſt tñ matrīoniū ĩquantuꝫ ē ordinatū ad ꝓlem:
ſm pfectioneꝫ nature. vnde ĩfidelis cognoſcēs
vxorē ꝓpter bonū ꝓlis vel vt reddat debitū n̄
peccat. tho. i. 4. ⁊ ricar. ⁊. 26. di. deinde. Poſſūt ĩ
fideles vnꝰ ritus cōtrahere cū ĩfidelibꝰ alteriuſ
ritus: puta ſaraceni cum tartaris: niſi p aliqḋ ius
poſitiuū ꝓhibeanť: qꝛ tunc diſparitas cultus di
rimit: ꝙ ſi vterqꝫ cōiunx cōuertať ad fidē: ratifi
cať mr̄imoniū: ⁊ nō poſſunt adĩuicē ſeparari: ēt
ſi cōtraxiſſent cū cōſanguineis ſuis ĩ gradibꝰ ꝓ/
hibitis p ſtatutū eccleſie: ſed ſi cōtraxiſſent ĩ gra
dibꝰ ꝓhibitis lege dĩna. leuitici. 18. oꝫ ꝙ ſepara/
renť ricar. Jtē ſm io. an. ſi pagani qui ſꝫ legē
ſuā cum pluribꝰ vxoribus cōtrahūt cōuertātur
cū vxoribus ſuis: cū prima remanebūt alijs ex/
cluſis. Jtē ſi habuiſſet aliā vxorē: quā repudi
aſſet ⁊ viueret: ſi illa vellet cōuerti ad fidē: etiaꝫ
teneť ipſam recipere: ⁊ illā ſuperinductā q̄uis ꝯ
uerſam ad fidē abijcere: ĩmo ēt ſi prima n̄ vult
cōuerti ad fidē: nō poteſt iſte cōuerſus alteram
recipere: ſꝫ hoc eſt ĩ poteſtate ſua ſi vult cohabi/
tare cū ipa vel nō. Si vero alter ĩfideliū con
iugatoꝝ cōuertať: poteſt fidelis cōuerſus cū ĩfi/
deli manere ſub ſpe cōuerſiōis: ſi eū ĩ ĩfidelitatē
obſtinatū n̄ viderit: ⁊ bn̄ facit cōmanere: n̄ tñ te
neť: ſed poteſt eā dimittere: quo ad cohītatōnē:
ſꝫ nō poteſt alterā ducere: niſi ĩ tribꝰ caſibꝰ: vꝫ ſi
coniunx infidelis nolit cohabitare cum fideli.
Secūdus ſi vult cohabitare: ſꝫ n̄ ſine cōtūe/
lia creatoris. Tertius ſi infidelis fidelē ad ĩfi/
delitatē pertrahere nitereť: p quēlibet hoꝝ ca/
ſuū ſoluiť vīculū mr̄imonij: etiā anteq̄ꝫ ꝯtrahať
aliud matrimonium. ⁊ ſi ante cōtractū ſꝫ matri
moniū alius cōiunx ꝯuerteret: n̄ liceret illi: q pri
mo cōuerſus eſt: ſꝫ matrīoniū cōtrahere viuēte
illa. ricar. i. 4. Aliqui tñ dicūt ꝙ non diſſoluiť
primū: niſi cū cōtrahit ſꝫ adueniēte aliquo ex p̄/
dictis caſibus. Jdem pe. de pal. ſed clarius. dicī
enim ꝙ quo ad cōuerſum: cū alter nō cōuerſus
n̄ vult cohabitare vl̄ cū iniuria creatoris: vel v/
bi periculū ſubuerſiōis ē cōuerſo: quādo ſoluať
matrimoniū eſt duplex opinio. aliqui dicunt: ꝙ
ſtatim ſoluiť matrīoniuꝫ ĩ quocūqꝫ illoꝝ trium
caſuū occurrēte: ꝙ ſi cōuertātur alter: anteq̄ꝫ pri
mus cōuerſus cōtrahat aliud vel faciat votum:
teneť primus ipē recipe illū poſtea cōuerſum: ⁊
hoc ideo ē: ꝙ licet ſit vinculū ſolutuꝫ: adhuc tñ
retinet vinculū ſponſaliū: ſic teneť cōtrahere cū
illo: vel qꝛ blaſphemia creatoris ſi ē ꝑpetua ſol
uit aliter nō. qn̄ aūt votum vl̄ matrīoniū tolliť.
nō videť ꝑpetua. Alij dicūt ꝙ nō ſoluiť matrīo
niū illud: quouſqꝫ cōtrahat ſꝫ mr̄imoniū. Pōt
enī imaginari: ꝙ in mr̄imonio ĩfideliū nō ē ali/
quod reale vinculū de mūdo: pluſq̄ꝫ ĩ ſpōſalibꝰ
cū nō ſit ſacramētū an̄ baptiſmū. vn̄ an̄ baptiſ/
mū vtriuſqꝫ vel alterius ex ſtatuto eccleſie po
teſt illud matrimoniū ſolui: ſicut ſpōſalia ml̄tis
caſibus ſoluunť ſtatuto eccleſie. vn̄ ſicut p matri
moniū ſequēs ſoluūť ſpōſalia p̄cedētia: ſic p ꝯ/
ſequēs mr̄imoniū tolliť p̄cedēs nō ratum ſpon/
ſalibus ꝯparatū. hec pe. ⁊ in huiuſmodi caſu: qn̄
ſ. alter tm̄ coniugū conuertitur: ꝓles eoꝝ ſi eſt
ĩ etate minori debet dari fideli: nō obſtāte: ꝙ in/
digeat mr̄is obſequio ad educationē: ſi āt eſt in
pfecta etate ſequiť eū parēteꝫ: quē vult tho. i. 4.
per oīa ⁊ ricar.

## De violentia. Ca. 7.

Septimum impedi/
mentuꝫ eſt vis. i. violentia ſiue metꝰ: qḋ
ex ſui natura ſiue conſtitutione eccleſie mr̄imo/
niuꝫ excludit: qꝛ excludit conſenſuꝫ. Nō er/
go ꝙ eſt triplex coactio. Quedā ē abſoluta: que
fit p vim: ⁊ iſta n̄ hēt cōſenſuꝫ animi: in queꝫ ca/
dit coactio: ſed pōt eſſe coactio carnis ad aliud
extrinſecus: a quo trahiť pſona inuita: ⁊ talis co
actio quādo nō cōſentit ĩ mr̄imonio non efficit:
ita ꝙ ēt ex parte cogētis ſꝫ tho. nō eſt mr̄imo/
nium: qꝛ mr̄imoniū claudicare nō pōt: ſi tñ poſt
mr̄imoniū coactus conſentiret: ⁊ cogens in ſuo
conſenſu maneret: eēt mr̄imoniuꝫ: ſecus ſi muta
ret voluntatē ipē cogens. Secunda eſt condi/
tionata ⁊ per metum qui cadit in conſtantē virū
⁊ iſta ēt coactio excludit matrimoniū: extra co.
perlatū. ⁊. c. ad audientiaꝫ. Diciť āt metus cadēs
in conſtantē virum quadruplex. Primo. ſ. me
tus mortis. Secundo cruciatus corporis: eꝫ
eo. cū dilecti. Tertio metus ſtrupri. Quar/
to metꝰ ſuitutis. ff. c. l. nec timor. vn̄ danť v̄ſus.
Excuſare metus hos poſſe puta: quia neſcis.
Strup̄rum ſiue ſtatus verberis atqꝫ necis.
Concordat tho. ⁊ alber. addendo ꝙ nō differt:
vtrū predicta quatuor fiant in pſona nr̄a: ſiue li
beroꝝ ſiue vxoris. Et dicit ricar. in. 4. ꝙ talis co
actio conſenſus per talē metū matrimoniū ĩpe/
dit: ⁊ quantū ad iudiciū dei ⁊ quātuꝫ ad iudiciū
eccleſie: ēt ſi adſit ſenſus interior in matrimonio
q̄uis enī cōſenſus interior ſufficienter cogi non
poſſit tñ per predictū metum tam vehemēter ĩ/
ducitur ꝙ multum in ipſo diminuiť de rōne vo
luntarij: ⁊ iō nec deus nec eccleſia voluerūt ho/
minē per talem conſenſum eſſe ligatū. Et rō eſt
duplex. Una eſt qꝛ matrimoniū ſignificat cōiun
ctionem xpi ⁊ eccleſie que fit per liberum amo/
rem. Alia eſt qꝛ talia matrimonia malos exitus
haberent: qꝛ qḋ quis nō diligit facile contēnit.
20. q. 5. preſens. Poteſt etiam dici ſecundum ali/
quos ꝙ eccleſia aliquo modo inſtituit: vt perſo/
na modo predicto coacta ſit illegitima durante
predicta coactione ad contrahendum cum illa:
ad quam ducendam cogitur. Sed vtrum ma/
trimonium contractum per conſenſum metu co
actum ratificetur per conſenſum ſequentem ta/
citum. Reſpōdit ricar. in. 4. ꝙ matrimoniuꝫ cō
tractum per conſenſum coactum metu cadente

in conſtantem virum:aut eſt coactum per coac/
tionem conſenſus viri vel mulieris aut vtriuſq̧
ſimul:ſi primo modo iſte qui liber eſt legatus ē
alter non:ſi poſtea tacite conſentiat ⁊ libere per/
ſona ligata in conſenſu priſtino perſiſtente verū
efficit mͣrimoniū:⁊ tūc vterq̧ ligatus eſt:qꝛ quā
uis tacitus cōſenſus p ſe n̄ ſufficeret:n̄ ſufficeret
cum expreſſione exteriori:que preceſſit. Si au
tem perſona ligata reſiliuit a conſenſu ātē ſequē
tem conſenſuꝫ alterius tunc diſtinguo:ꝙ aut cō
traxit matrimoniū aliud:⁊ tūc dico: ꝙ illud ſm
matrimonium tenet:quāuis peccauerit contra/
hendo:ſi congruo tempore non expectauit libe
rum conſenſum alterius tacitum aut expreſſuꝫ:
aut non contraxit aliud matrimoniū:⁊ tunc ſm
iudicium eccleſie preſumetur in eodē conſenſu
remanere:qꝛ que in aliquem ſemel conſenſerit:
amplius non poterit diſſentire: ⁊ alius non ne/
gauerit ſuum preſentem conſenſuꝫ:extra de de/
ſpon.impu.c.de illis.ſm tamen iudiciū dei non
eſt matrimonium verū:qꝛ tale non poteſt eē ſi/
ne conſenſu mutui conſenſus interioris. Si au/
tē vtraq̧ fuit coacta:tunc ad hoc ꝙ ſit verū ma/
trimonium requiritur nouus conſenſus ex vtra
q̧ parte:ſed nō noua exterior expreſſio. ¶Ad p̄
mū in oppoſitum:vbi aliqua duo ſic ſe requirun
tur pro cauſa alicuius effectus:non cauſant effe/
ctum niſi ſimul coniuncta.cum ergo ad cauſan/
dum matrimonium requiratur conſenſus de p̄/
ſenti interior ⁊ eius expreſſio exterior: non effi
cient matrimonium diuiſim:ergo ſequens tacit⁹
conſenſus cum expreſſione exteriori que preceſ
ſit non efficiunt matrimonium. Et nota ꝙ ſi mu
lier poſt cōſenſum coactum carnaliter cognoſci
tur ſi habuit oportunitatem reclamandi preſu/
mitur tacite conſentire in matrimonio.ꝙ ſi coac
ta fuit per vim abſolutaꝫ vel metum ſufficientē
non eſt matrimonium:ſed ſi n̄ fuit ſufficiens me
tus tunc in iudicio exteriori preſumetur pro ma
trimonio.ſi tamen vere nō conſentit nō fuit ma
trimonium:etiam ſi habuit opportunitatem re/
clamandi.pe.⁊ ricar. Tertia coactio eſt conditio
nata per metum inſufficientem qui.ſ.non cadit ī
conſtantem virum ⁊ ille non excludit matrimo
nium.ff.e.l.neq̧ timore. ¶Nota etiam ꝙ parē/
tes non poſſunt cogere liberos ad contrahendū
neq̧ generaliter neq̧ ſpecialiter cum aliquo: qꝛ
in matrimonio requiritur conſenſus:maxime li
ber ratione perpetue obligationis:que ibi cōtra
hitur:extra de ſpon.requiſiuit .parentes tamen
n̄ temere iurant propter hec matrimonia filiorū
qꝛ ex natura ipſius cōtractus intelligitur ipſa cō
ditio.ſ.ſi liberi conſenſerint ⁊ ipſi parentes obli/
gantur ad inducendum eos.pe. Item ſi mulier q̄
allegat metum ſtetit per annum ⁊ dimidium cū
marito aut etiaꝫ minori tempore:dū tamen tm̄
ꝙ iuxta arbitrium boni viri preſumendum ſit p
conſenſu:non debet poſtea audiri extra de ſpon.
ad illud. Fuil.

¶De impedimento ordinis. ca.viij.

Octauū impedimē/
tum eſt ordo.ſ.ſacer vt ſbdiacōatus ⁊ ſu
pra. Ubi nō tres concluſiones.

Prima eſt:ꝙ nulluſ ex minoribus ordi
nibus impedit matrimonium
contrahendum nec dirimit contractum:nec im
pedit vſuꝫ ipſius matrimonij ſi talis contrahat:
licet tamen contrahens cum vnica ⁊ virgine cle
ricus in minoribus retineat priuilegium clerica
le:ſi veſtes ⁊ tonſuram deferat clericales: extra
de cle.coniuga.c.i.li.vi.non tamen retinet bene/
ficium eccleſiaſticum nec recipere poteſt. Cleri
ci igitur in minoribus conſtituti bene poſſunt
contrahere :niſi ſint religioſi profeſſi tacite vel
expreſſe.

Secunda concluſio eſt
ꝙ ordo ſacer habet īplicitum votum ſolēne ex
conſtitutione eccleſie:⁊ ideo cxn̄s in ſacris ſi cō/
trahit matrimonium nullum eſt:di.32.ſi quis eo
rum.⁊.c.erubeſcant.adeo hoc verum eſt vt nec
etiam grecho cui licitum eſt vti contracto ſit lici
tum in ſacris conſtituto contrahere ſm Io.an.ī
nouella.⁊ plures alios ⁊ ricar.in.4. Unde iſta ē
differentia inter conſtitutos in ſacris eccleſie ori
entalis ⁊ conſtitutos in ſacris eccleſie occidenta
lis. Nam primis non licet vti contracto ante ſu
ſceptum ordinem. Secundis licꝫ vti contracto
ante ordinem ſacrum ſuſceptum.32.di.nicena. ⁊
qui contrahit in ſacris eſt excōicatus :extra d̄ cō
ſan:⁊ affi.eos.in cle.eſt etiam talis irregularis ſꝫ
pe.de palu.in.4.di.37.qui etiam dicit ꝙ cum cō
tinentia ſit ānexa ordini ſacro ex ſtatuto eccleſie
ideo qui ordinatur ad ipſum :licet non intendat
continere:nec ſe ad continentiaꝫ obligare:nihilo
minus obligatur ad continentiam:etiam in foro
conſcientie:qꝛ eccleſia bene poteſt inhabilitare
ad matrimonium ignoranteꝫ ⁊ inuitum:ſicut ⁊
ſeruum ⁊ frigidum ⁊ huiuſmodi: ⁊ per eandem
rationē:ſi quis ante ānos diſcretionis ordinet̄
in ſacris ad continentiam obligatur:etiaꝫ ſi ī cu
nis ordinaretur preſuppoſito ꝙ recipiat charac
terem:qꝛ obligatur ex ſtatuto eccleſie non voto
ſuo.vnde talis ſi contrahit non tenet matrimo/
nium:ſed ordo dirimit ipſum.hec pe.ipſe.

Tertia cōcluſio ē ꝙ q̄uis or/
do ſacer pre
cedens contractum matrimonium dirimat illō
ſi tamen ordo ſequatur matrimonium contrac
tum non dirimat ipſum vt ī extrauagante Io.22
Et ſi ſciente vxore ⁊ aſſentiente ordinatus ē in
ſacris tenetur ad continentiam vterq̧:ita ꝙ etiā
poſt mortem viri non poteſt contrahere.intelli
gitur enim tacite cum viro profeſſam continen
tiam .ſi autem ordinatus eſt inuita vxore vl' ſci
ente factum ſed ius ignorante ipſo tamen ſciēte

ius debet cogi per iudicem ad ingreſſuꝫ religio
nis:ſi nõdum eſt conſumatum matrimoniuꝫ vt
ſic illa poſſit cum alio contrahere.ſi ad hoc cogi
non poteſt:vel ſi conſumatum eſt, matrimoniuꝫ
debet exutus beneficio clericali reſtitui vxori:
etiam ſi eſſet epiſcopus:imo etiam papa ſecunđ
glo.in đcretis:⁊ hoc ſi mulier ſic petit ipſe tamē
exigere non poteſt debitum:ſed reddere tenet̃.
tho.⁊ pe.in.4.

De ligamine. ca.ix.

Nonuꝫ impedimen
tum eſt ligamen:videlicet quando quiſ
alteri coniugi eſt per verba de preſenti obligatꝰ
talis enim ea viuente aliam accipere non poteſt
quãtũcũqꝫ receſſerit alter ⁊ diu ſteterit ꝙ nihil
audiuit de eo de vita vel morte debet expectar̃
quouſqꝫ habeat ſufficientem noticiam de mor/
te eius vel de ingreſſu religionis:ſi nõdum erat
matrimonium conſumatum.nec eſt verum ꝙ q
dam dicundꝙ ſufficit expectare per ſeptẽniũ.nul
lum enim tempus prefinitum eſt:alias contra/
hens cum alio adulterium cõmittit:extra đ ſpõ.
licet.ſed nec antiquo tempore potuit fieri niſi di
uine reuelationis inſtinctu:vt fuit in patriarchis
extra de diuor.gaudemuſ.poteſt tamen alter cõ
iugum ante carnalem copulam altero inuito re
ligionem intrare:⁊ remanens in ſeculo poſtqꝫ ex
pectauit ingreſſum religionis per ãnum ita.ſ.ꝙ
ſit profeſſus:tunc remanebit liber qui in ſeculo
remanſit ad contrahendum cum altero.pꝰ mor/
tem vero alterius coniugis alter nubere poteſt
cui vult etiam infra tempus luctus femina ſine
pena infamie.ꝙ ſi alligatus alteri per verba de ꝓ
ſenti ſolum etiam abſqꝫ cõſumatione matrimo/
nij contrahit cum aliqua nullum eſt:ſed alligatꝰ
prime erat per verba de futuro ſeu per ſpõſalia
⁊ cum ſecunda contrahat per verba de pñti: re
manet cum ſecunda.

Secundo nota ꝙ ſi vxor cr̃dit
virum mortuũ
⁊ contrahit cum alio ſm ray.ſi hoc credit ex ꝓ/
babili cauſa propter ignorantiam facti excuſat̃:
⁊ filij ſi quos ſuſceperint iudicabuntur legitimi:
ſi tamē poſtea de morte viri dubitet dꝫ quideꝫ
reddere debitum:ſed nõ exigẽ:ex̃ de ſecũ.nup.
dñs.ſed ſi ꝓceſſu temporis credit probabiliter
eum viuere nec poteſt debitum exigere:nec dꝫ
reddere periculo adulterij ſe exponendo.ſi ve/
ro reuertatur vel alias de vita eius ſibi conſtite
rit:ſtatim debꝫ recedere a ſecundo ⁊ redire ad ꝓ
mum:qđ ſi nõ faciet adultera iudicabitur.34.q
2.cum per bellicam.⁊.c.cum ĩ captiuitate.primꝰ
quoqꝫ eam recipere tenetur vt patet ĩ predictis
c.niſi forte illa poſtqꝫ ſciuit de vita primi permi/
ſit ſe cognoſci a ſecũdo ⁊ ſic adultera fuit:⁊ iſta
ē materia ⁊ cõcluſio totius illius qõnis.34.q.2.

Tertio nota ꝙ ſi vir eius ad ſara/
cenos iuit in exercitu
⁊ regiõe lõginqua ⁊ neſcitur vtrum ſit viuuſ vl̃
mortuus ſm ray.vxor ñ poteſt cõtrahere cum
alio niſi de morte viri recipiat certitudinem:pu
ta qꝛ fuit ĩ bello vbi oẽs dicũtur ĩterfecti fuiſſe:
⁊ ſigna plura apparẽt:vel fuit captus ab eis cum
multis ⁊ cõis eſt fama ꝙ fuerũt ĩterfecti omnes
⁊ de eo a diu nil audiuit ĩ cõtrarium vel accepit
litteras vel ambaſiataꝫ a fidedignis ĩde venien/
tibus ꝙ mortuus eſt:⁊ hiꝰ extra de ſpon.ĩ pñtia.
aut veriſimiliter de morte preſumat:extra vt li.
nõ cõte.qm̃ frequenter. Sed quid ſi coniũx
talis cõtrahat cuꝫ altera vel altero credẽs tñ po
rem viuere cum tamen ĩ veritate mortuꝰ ſit. Re.
Guil. Credo ſine preiudicio ꝙ teneat tale matri
monium qđ intelligẽdum eſt niſi cõiũx credẽs
impedimẽtum eſſe nõ intẽdebat cõtrahere. nã
tũc matrimonium nullum eſſet:qꝛ ſi nõ eſt intẽ
tio contrahendi non eſt matrimonium:extra
de ſpon.tua.

De publice honeſtatis iuſticia. ca.x.

Decimũ impedimẽ/
tũ eſt,publice honeſtatis iuſticia que ſm
tho.in.4.ē ꝓpingtas ex ſponſalibus prouenięs
robur trahens ab eccleſie inſtitutione propter eiꝰ
honeſtatem. Nota ergo ꝙ ſi aliqui contraxe/
runt ſponſalia nullꝰ de cõſanguinitate ſponſi põt
habere ſponſã illã in vxorem nec aliqua de cõ/
ſanguinitate ſponſe poteſt hẽre illũ in virum:ex̃
de deſpon.ĩpube.continebatur.⁊ durat hec ꝓhi
bitio vſqꝫ ad quartum gradũ ſuorꝫ conſangui/
neorꝫ.extra de ſpon.ſponſã.⁊ ſi etiam ipſa ſpon/
ſalia fuiſſent nulla rõne conſãguinitatis affinita/
tis frigiditatis ⁊ religionis vel alia quacũqꝫ rõe
oritur publice honeſtatis iuſticia ⁊ eſt dirimen/
dũ matrimoniũ:⁊ hoc niſi illa ſponſalia fuiſſent
nulla ex defectu cõſenſus:puta qꝛ vnus eorum
vel ambo erant infantes ex̃ de ſpon.c.i.li.vi.
Dici ãt pe.de palu.ꝙ cũ dr̃ ſponſalia que ſunt
nulla ex defectu cõſenſus:nõ poſſũt cauſare pu/
blice honeſtatis iuſticiã:intelligenđ eſt de defec
tu cõſenſus apparentis vt in pueris furioſis ⁊ cõ
ditionatis ſponſalibꝰ:ſecus ãt eſt de nulliſ ꝓꝑ de
fectũ conſenſus latẽtis:puta cũ intẽdebat decipe
re ⁊ carnalẽ copulam extorquere nõ cõtrahere:
qꝛ tñ ſcandalũ eſſet de iſto:ſicut ſi vere contra/
xiſſet. Eccleſia ãt inſtituendo iſtud ĩpedimentuꝫ
voluit vitare ſcandalũ:⁊ ꝙ ſpõſalia volentis de
cipere cauſẽt publice honeſtatis iuſticiaꝫ appet
qꝛ eccleſia cõdẽnabit ad matrimoniũ cõtrahen
dũ:⁊ ẽt cõfeſſor talẽ deceptorẽ. Vñ cum eccleſia
inſtituerit hoc ĩpedimentũ vr̃ ꝙ oĩa ſponſalia:q
eccleſia iudicat vera:inducunt publice honeſta
tis iuſticiam.hec pe.ipſe.

Secundo nota ꝙ ſponſalibꝰ fa
ctis a parẽtibꝰ

ꝑ filijs puberib⁹ vł impuberib⁹:non oꝛitur publice honeſtatis iuſticia:niſi ipſi filij cõſenſerint expꝛeſſe vel tacite aut ſi pñtes erãt:ꝛ nõ cõtradixerũt:vel ſi abſentes ꝛ poſtea ſciẽtes ratificauerũt tacite vł expꝛeſſe.ꝑ quẽlibet enim iſtoꝝ modoꝝ obligãtur filij ꝛ oꝛitur publice hõeſtatis iuſticia:extra de deſpõ.impu.ſi ĩfantes.li.vi. Itẽ ſi duo ĩfantes vel vnus maioꝛ ſeptẽnio ꝛ alter minoꝛ cõtraxerũt ſpõſalia vł parẽtes ꝓ eis niſi maioꝛes ſeptẽnio ꝑ cohabitatiõem mutuaꝫ ſeu alias verbo vł facto eoꝝ appareat eos ꝑdurare ĩ eadẽ volũtate ñ tenẽt:cum ab initio fuerit nulla:ſed ſi ꝑdurant ĩ eadem voluntate:cõualeſcũt ꝛ ĩducũt publice honeſtatis iuſticiã:extra d deſpõ.impu.c.i.li.vi.

**Tertio nota.** ꝙ ſiquis ſpõſalia primo cũ aliq̃ cõtraxit:ꝛ poſtmodũ cũ alia cõſanguĩea ipius ꝓme ideꝫ fecit:debet cõtrahere matrĩoniũ cũ ꝓma: qꝛ ſpõſalia cũ ſecũda ñ tenuerũt.ſed ſi ſpõſalia cũ aliqua ſint facta cũ cõditiõe:ꝛ pẽdẽte cõditiõe vir cuꝫ alia cõſanguinea illius cõtrahit ꝑ verba de pñti: debet remanere cũ ſcđa:qꝛ ex ſpõſalib⁹ cõditionalibus ſicut ex non hñtib⁹ cõſenſum ꝛ ĩcertis ñ oꝛiť publice hõeſtatis iuſticia:ex̃ de ſpõ.c.i.li.vi.

¶ De affinitate. Ca.xi.

**Undecimũ impedi**mẽtũ eſt affinitas:que ſm ray. eſt ꝓximitas perſonaꝝ ex carnali copula ꝓueniẽs omnĩ carẽs parẽtela:circa quã tria nota. ¶ Et ꝓmũ ꝙ cõtrahiť affinitas ñ ſolum per copulã cõiugalẽ:ſed ꝑ copulã foꝛnicariã.35.q.3.nec eã.ex̃ de eo qui cogno.cõſan.vxo.ſue diſcretiõi. ita tñ ꝙ vir ĩtret clauſtra pudoꝛis:ꝛ perueniat ad cõſumatõnẽ operis:alias nõ ɔtraheret affinitas.35.q.3.extraoꝛdinaria.extra de eo qui cog.cõſan.vxo.ſue fraternitatis.eſt tñ diuerſitas opinionũ in hoc. ¶ Quidã dicũt ꝙ ad affinitatẽ cõtrahẽdaꝫ ſufficit ꝙ vir ꝑueniat ad emiſſionẽ ſeminis.ſ.intra clauſtra pudoꝛis:etiam ſi mulier nõ emittat:ſed tho.ꝛ alber.dicũt:ꝙ requiritur ꝙ emittat. Dicit tñ Frãciſcus de ʒabar.poſt mat.ꝙ ſi vir emittat ſemen extra clauſtra:ꝛ ĩgrediatur ſemẽ ĩtra clauſtra:cõtraheret affinitas ꝛ matrĩonium eẽt conſumatum:ſi ibi eſt cõtractũ prius matrĩoniuꝫ ꝑ verba de pñti. Et ĩducit exẽplũ de quadã ĩ francia:que ñ fractis clauſtris:ĩmo cũ eẽt arta:impꝛegnata ẽ:ſed ſi nõ eſt ĩpꝛegnata eccleſia iudicaret eã virginẽ per aſpectũ. Nõ ꝙ archi.ſup dicto.c.extraoꝛdiaria allegat hug.lau.vinc.ꝛ inno. d. ꝙ requiritur ad cõtrahẽdũ affinitatem neceſſarie vtriuſq; ſeĩs cõmixtio.ar.35.q.10. fraternitatis. Dicit ẽt inno. ꝙ ſi mulier fuiſſet coꝛrupta ꝛ non vir adhuc nõ eſt conſumatum mr̃imõiũ inter cõiuges: ſed ſi vir frãgeret clauſtra pudoꝛis: ex hoc ñ impediť:quin parẽtes illius viri pñt illaꝫ haberẽ ĩ vxoꝛẽ:nec etiam cõtrahiť publice hõeſtatis iuſticia ſm goff.ſed ſi vir frãgeret clauſtra pudoꝛis:ꝛ nõ ꝑueniat ad effuſiõem ſeminis:nõ eſt cõſumatũ mr̃imõium:ꝛ ſepe ſm vinc.talis ſi hoc poſſet ꝓbare:adhuc poſſet ĩgredi religionẽ ĩuita vxoꝛe:hoc ibi ĩ ſentẽtia:ꝛ remittit ad id qđ dixit di.56.noſti.ibi enim allegat philoſophuꝫ ꝛ beatum tho.dicẽtes: ꝙ ñ eſt neceſſaria ſeminis emiſſio ĩ muliere ad generationem:cum ẽt ſine hoc cõcipiãt:ſed ſanguis mẽſtruus q̃ ĩ generatõne eſt loco ſeminis. ¶ Petrus vero de palu.ĩ q̃rto dicit ꝙ affinitas cõtrahiť ꝑ carnalẽ copulam quomodocũq; exercitaꝫ licite vel illicite: id eſt eſt ĩ mr̃imõio vel extra ſed ſecũdũ naturã:dũtamẽ ſemen viri recipiať ĩ vaſe debito:quãtũcũq; autẽ quis ĩuadat:nec ob.c.iuuenis ex̃ de ſpon. qꝛ illud eſt rõne certi ꝓꝑ ſponſalia:que poſt ſeptẽnium ille appꝛobauit:vel qꝛ maritali affectu attẽtauit.nam attentatio que fieret maritali affectu: maxime cum illa cũ qua poſſet matrimoniũ cõtrahi cauſat affinitateꝫ vel rõe dubij. Unde ſi cõſtaret de copula carnali non eſſet credẽdum:niſi in foꝛo cõſcientie ꝙ non fuiſſet ſeminis receptio: ſed ſi foꝛo conſcientie crederetur: cuꝫ nullo foꝛo conſtat fuiſſe ſemĩs receptionẽ:nec attentatiõem factam maritali affectu:nullũ vinculum eſt contractũ. Sed ex his que in cõfeſſiõe nouit nõ poſſet ipſe in foꝛo exterioꝛi ꝓcedere ad ꝓnunciandũ matrimoniũ nõ tenere:poſtq; eſſet ꝓbata carnalis copula:lꝫ nõ ſeĩs receptio:cũ non oꝫ ꝓbare qđ nõ eſt bene poſſibile. Dicũt etiam doctoꝛes ꝙ requiriť ad affinitatẽ cauſandã ſeĩs cõmixtio.i.ſeĩs viri r̃ceptio ad qđ nata eſt ſequi ſeminũ cõmixtio.i.ſeĩs ꝛ mẽſtrui:qꝛ ñ opoꝛtet mulierẽ ſeminare ad cõcipiendũ:alias beata virgo ñ fuiſſet ſimul mater ꝛ virgo. Similiter econuerſo ſine carnali copula poteſt cauſari affinitas:ſi fiat ſeĩs receptio vt dicunt q̃dam de antichꝛiſto: ꝙ naſcetur ſemine tranſfuſo per demoniũ ĩcubũ ꝛ ſuccubum.hec pe.

**Secundum eſt** ꝙ affinitas hoc operatur ꝙ oẽs cõſãguinei vxoꝛiſ petri ſĩt ſibi affines ĩ eodẽ gradu in quo ſunt cõſanguinei vxoꝛis. Similiť oẽs cõſanguinei petri ſũt affines vxoꝛis ſue in eodẽ gradu quo ſunt ſibi cõſãguinei. Et qđ dr̃ đ vxoꝛe ideꝫ intelligas de quacũq; muliere carnaliter cognita modo ꝑdicto:ſed cõſanguinei petri nullo mõ ſunt affines cõſanguineis vxoꝛis ſue:nec ĩter eos pꝛohibeť matrimoniũ:extra de cõſan.ꝛ affi.ſuper his. Unde germani poſſunt cõtrahere cũ duabus mulieribus germanis: ꝛ pater ꝛ fili⁹ poſſunt contrahere cũ matre ꝛ filia:ꝛ relicta viri qui fuit germanus vxoꝛis mee ipa moꝛtua ſcilicꝫ vxoꝛe mea poteſt mihi eſſe vxoꝛ.

**Tertium eſt** ꝙ moꝛtua perſona: qua mediãte fuit cõtracta affinitas:vtputa marito vel vxoꝛe concubitoꝛe vel cõcubina remanet affinitas nihilõin⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

que erat ad conſanguineos eius nec poterit iter
eos eſſe matrimonium.35.q.i.fraternitatē. Dicit
n.pe.de palu.q̄ ſemper durat affinitas:adeo q̄ ſi
reſurgeret fr̄ meus qui fuerat vxoratus:q̄uis ip
ſe non ſit maritus amplius illius mulieris:q2 ma
trimoniū per mortē ſoluitur:tamē illa mulier ē
mihi affinis. Unde ⁊ in prima erunt cōſanguini/
tates ⁊ affinitates:lʒ nō nubant nec nubātur nec
vacēt generatiōi. Ad hoc facit qđ ait Greg⁹.35
q.io.fraternitatis. Nō poteſt aūt contrahi matri
monium inter affines vſq3 ad quartum graduʒ
affinitatis incluſiue:extra de conſan.⁊ affi.c.fi. ⁊
ſi contraherent de facto dirimitur.q2 nulluʒ eſt
ſed inceſtus. Olim āt ponebatur aliud genus affi
nitatis ⁊ alij gradus:vt patet in decretis. 35.q.3.
per totum.qđ impediebat matrimoniū:ſed ſunt
per decre.ablati extra.e.non debet.⁊ ſic non re
manet niſi primum genus affinitatis qđ habʒ di
rimere de quo dictum eſt. Et nota q̄ qui cōtra/
hit ſciēter ī aliq̄ gradu affinitatꝭ vſq3 ad q̄rtū gra
dum eſt excōicatus:extra de conſā.⁊ affi.eos.in
cle.de hoc habes.j.in ti.de excōi. Nō etiam ſm
pe.de palu.q̄ qui cognouit cōſanguineam vxo/
ris ſue adhuc ſponſe ſoluta ſūt ſponſalia:nec pōt
illam ſponſam hi⁹ habere in vxorē obſtante ſibi
affinitate cōtracta:nec econuerſo illam quā for
nicarie cognouit obſtante ſibi publice honeſtatꝭ
iuſticia:⁊ hoc niſi papa diſpenſante. Qui aūt co
gnouit cōſanguineam vxoris :cū qua contraxit
p̄ verba de preſenti:ſed nōdum cōſumauit ma/
trimonium cū nō poſſet debitum negare niſi in
trando religionē:videtur q̄ ad hoc teneatur ne
inceſtum cōmittat cognoſcendo affinem:⁊ cum
hoc valeat facere:q2 nōdum cōſumauit.q̄ ſi vlt
remanere in ſeculo neceſſaria eſt ſibi deſponſatō
ad reddendum debitum:ſi hoc vult ſine peca
to facere:⁊ poteſt epiſcopus diſpenſare. Qui aūt
cognouit conſanguineam vxoris ⁊ conſumauit
matrimoniū:tenetur quidem debitum reddere
ſed petere nō poteſt abſq3 diſpenſatione vt dic/
tum ē p̄ epm. In hoc pe.de palu.in.4.di.32.q.i.
dicit q̄ affinitas dr̄ qđ accedit ad fines.i.termīos
Et ponit eandē diffinitionē dicens affinitas ē at
tinētia vel ꝓpinquitas pſonaꝝ ex carnali copula
ꝓueniens oī carens parentela. Dico autē carnali
copula licita vel illicita:⁊ ideo dr̄ carens paren/
tela p̄ ſe:lʒ per accidens aliter eē poſſit:q2 p ac/
cidens poteſt licite vel illicite permiſceri conſan
guinitas cōſanguinitati:⁊ affinitas affinitati ⁊ cō
ſanguinitas affinitati vt in īceſtu loth cū filiabus
ꝭ karoli magni cum ſorore ex qua genuit rolādū
filium ⁊ nepotē:ipſe pr̄ ⁊ auūculus:q2 frater ma
tris vt dr̄:⁊ in īceſtu iude cum thamar:exēplum
ēt in patre ⁊ filio qui duxerunt matrem ⁊ filiaʒ ī
vxores: cū mater eēt cōſanguinea in tertio gra
du patri cum diſpenſatiōe ex qua genuit filium
⁊ filiā vbi licite permixta eſt affinitas affinitati:
⁊ conſanguinitas conſanguinitati:⁊ cōſanguini/
tas affinitati. Itē notanđ eſt de rōne affinitatis.

Ratio hui⁹ ꝓpiquitatis hinc ſumit:q2 ſup cōica
tionem naturalē fūdatur amicitia naturalis.Cōi
catio āt naturalis ē duob⁹ modis ſm philoſophū
8.ethicoꝝ. Uno modo ſm carnis ꝓpagationeʒ
ſm quē modū vnus eſt ab alio:vt filius a pr̄e vl
ambo a tertio vt duo fratres. Alio modo per
coniunctionē ordinatā a carnis ꝓpagatione que
coniunctio ē per carnis copulā vel per matrimo
niū ī quo eſt mutua obligatio coniugū ad carna
lem copulam pp qđ ibidē dicit philoſophus q̄
amicitia viri ⁊ vxoris ē naturalis:⁊ ideo dic̄ p̄ ꝓ
pagationē carnis cauſat amicitia naturalis que
eſt conſāguinitas:ita per carnalē copulam vl cō
iunctionē ad hoc ordinatā vt eſt matrimonium:
cauſatur vinculū naturalis amicitie qđ vocatur
affinitas:dū hō equaliter ſe hʒ ad cōſanguineos
vxoris ſue:ſicut ad ſuos eo q̄ vxor ē aliquo mō
vnum corpus cū viro:ſed q2 non eſt ſimpliciter
vnū cum eo :ſed quaſi ab extrinſeco adiūcta:iđ
quicūq3 attinet viro attinet vxori in eodē gradu
ſed q2 ab extrinſeco adiūcta:ideo attinet ei alio
genere attinentie:q2 cōſanguinei viri ſunt affies
vxoris non autē conſanguineoꝝ ipſius vxoris:
⁊ econuerſo conſanguinei vxoris ſunt affines ip
ſius viri.non autem conſanguineoꝝ viri :⁊ hinc
eſt q̄ pater ⁊ filius licite contrahunt cum matre
⁊ filia ⁊ duo fratres cum duabus ſororibus.

## Ultimo notandum de

diſpenſatione pape ꝓhibita circa hoc. Circa qđ
dicit idem petrus q̄ in primo grado affinitatis
aſcendentium ⁊ deſcendentiū:ſicut ⁊ cōſangui/
nitatis papa diſpenſare non poteſt q2 eſt contra
ius diuinū ⁊ naturale:q2 vxoribus parentū ex/
hibemus reuerentiam ſicut parentibus noſtris.
Itē ⁊ ī linea tranſuerſali in primo gradu ꝓhibet
matrimoniū conſanguinitatis ⁊ affinitatis iure
diuino.vnde nec papa diſpenſare poteſt:q2 etiā
quodāmodo eſt contra naturam vt.ſ.quis con/
rahat cum germana ſua vel vxore germani ſui
eo mortuo.vnde etiā ante legem moſaycā mul
tiplicato humano genere ante diluuiū vel poſt
creditur ſe abſtinuiſſe a ſororibus ⁊ ab vxorib⁹
fratrū:niſi ad ſuſcitandū ſemē fratris p̄mortui:
ſicut ⁊ tempore legis:ſicut pʒ in thamar ⁊ filijs
iude. Nec obſtat de vxorib⁹ abrae ⁊ iſac: quas
vocauerūt ſorores:q2.ſ.fuerunt cōſanguinee vl
conſobrie:ſicut ⁊ loth qui fuit fili⁹ fratris abrae
dictus eſt frater ipſius:nec ēt poſſet diſpēſare pa
pa ī vxore fratris mortui ſine liberis: q2 licʒ olī
liceret:tamē diſpēſatiue licebat:que diſpenſatio
fiebat iure diuino non ab homine:nam iure di/
uino cōmuniter abſtinebatur ab vxore fratris:
ſicut a ſorore:ſed in caſu illo permittebatur.vn/
de ſicut papa non poſſet diſpenſare in pluralita
te vxorum q̄uis olim eſſet licita : q2 licita erat
ex dei diſpenſatione prohibita iure cōmuni :ſic
nec in propoſito. Item in ſecundo gradu tranſ/
uerſalis ſuperioris vt cum amita ⁊ matertera q2

lege diuina ꝓhibitū. hec pe. ¶ Ex his aduerte
diligēter: ꝙ cum affinitas cōtrahatur ita per for/
nicatiōem: ſicut per actum cōiugalem: ille q co/
gnouit aliquam mulierē fornicarie: ñ poteſt cō
trahere cum filia eius: vel germana eius: ſicut
non poſſet contrahere matrimonium cum filia
vxoris ſue ex alio viro: nec cum ſorore eius ea
mortua. Et ſm pe. papa in hoc diſpenſare ñ po/
teſt: qui tñ caſus ſepe ꝑuenit ad audientiam cō/
feſſorum: reperitur tñ papa martinus quītus diſ
pēſaſſe cum quodam: qui contraxerat ꝛ conſu/
mauerat mr̄imonium cū quadā eius germana:
quam cognouerat fornicarie: cū magna tñ diffi
cultate: ꝛ quia res erat occulta: nec ille erat apt⁹
ad religionē vel ad remota eundū. Unde ſcan
dalum ex diuortio: ſi factum fuiſſet ſequendum
erat. Prius ordinauit plures theologos ꝛ cano
niſtas ſuper hac re, habere collationē: vtruꝫ ipſe
poſſet in hoc diſpenſare: nec cōuenerunt in con/
cluſione: ſed aliqui dixerūt ꝙ poterat: alij cōtra
rium affirmauerūt. Et qꝛ tenendū eſt certum ꝛ
dimittendū incertum ſꝫ auguſtinū de pe. di. 7.
ſiquis. ꝛ ad inſtar ſacrilegij eſt diſputare de po/
teſtate ꝑncipis: precipue pape. 17. q. 4. §. cōmitti
tur. ꝛ. c. ſequēti: vbi dicit Nicolaus papa. Nemi
ni eſt de ſedis apoſtolice iudicio iudicare aut il/
lius ſentētiam retractare ꝑmiſſuꝫ: vꝫ propter ro
mane eccleſie primatum xp̄i munere i beato pe
tro collatum: vbi dicit glo. nemini. ſ. qui ſit infe/
rior papa: nam ipſemet papa vel ſucceſſor ei⁹ po
teſt ſñiam ſuā vel alterius pape ꝑdeceſſoris re/
tractare: vt. 35. q. 9. ſñiam. exemplū pꝫ: qꝛ quod ꝑ
us determinatum fuerat ꝑ eccleſiam ideſt cōſan
guinitatē ꝛ affinitatē durare vſq ad ſeptimum
gradum: vt notāt iſido. grego. ꝛ alex. 35. q. 5. ad
ſedem. greg. ix. retractauit ꝛ terminauit nō dura/
re niſi vſq ad quartū graduꝫ: extra de conſan ꝛ
affi. nō dꝫ. Et ſic hodie ſeruat quantū ad contra
hēduꝫ mr̄imoniū: iō nulli cōſulēdum eſt: ſꝫ oio
ꝓhibēduꝫ ꝓcurare diſpēſationē ēt a papa con/
trahēdi cū tali: cuius. ſ. matrē vel germanā car/
naliter cognouit: ſed ſi poſt cōtractum ꝛ multo/
magis cōſumatum, tale matrimonium obtinuit
diſpenſationem remanendi cum illa: dimitten/
dum eſt negocium iudicio dei: nec condemnan
dus.

¶ De impotentia coeundi. Ca. ix.

Uōdecimuꝫ impe
dimētuꝫ eſt de ipotentia coeundi: ꝛ ē
ſꝫ ray. viciuꝫ anime vel corporis vel vtriuſq:
quo quis impedit alteri carnaliter commiſceri.
¶ Ubi nō ꝙ tres ſunt ipotentie ſpecies. ſ. natu/
ralis accidentalis ꝛ maleficialis. Et quia iſta ma
teria eſt turpis: ꝛ non ita ſepe cōtigunt caſus ei⁹
iō trūcabo: ꝛ ipaꝫ plení⁹ potes videre i ſummis:
Prima ergo impotētia. ſ. naturał. que ē i viro frigidi/
tas ſemis vel frigiditas ꝯplexionis vel idiſpoſi
tio mēbri: in muliere artatio: ſi ꝑpetua eſt talis i/
potentia ipedit cōtrahenduꝫ ꝛ dirimit ꝯtractū
33. q. i. c. i. ꝛ. 2. ex̄ eo. laudabileꝫ. illa tñ que eſt i ſe
ne ñ ipedit. 27. q. i. nuptiaꝝ. Nā ꝛ ſenes ſi natu/
rali calore deſtituūt: ope tñ medicoꝝ poterit eis
aliq̄liter ſubueniri. Et dicit pet. de palu. ꝙ nōie
frigiditatis intelligit ꝛ caliditas ꝛ quodcunq ali
ud ipediens actum ꝑpetuo: nō āt ſi effectum ge/
nerationis ipediat tm̄ ꝛ ñ actum. Uñ ꝛ ſteriles
ſcienter pñt cōtrahere. Preterea idē pe. de pal.
ait: ꝙ ille qui ſcit i ſe vel i alio ipotentiā coeun/
di: nō poteſt iuito alio diſcedere ꝓpter tale ipe/
dimentum: ꝛ imputet ſibi qui talē elegit: al's aūt
poſſet: puta ſi icōtinenter viueret aut alias iho/
neſte: vel vir eam male tractaret: vel alter ei ve
nenum ꝑparaſſet nō tamē ſepentur quo ad vīcu
lum: qḋ vere fuit ex quo vterq ſimpliciter con/
ſenſit: ſed quo ad cohitationē: alias ñ poſſet ſepa
ri ex q̄ fuit veruꝫ matrimoniū niſi ob fornicatō
nem vel timorem mortis vel religionē: ſi matri
monium nō fuit cōſumatum. Si autē ignorat i/
potentiam: etiam in ſeipſo: vt ſi vir credebat nō
ſe impotentē vel mulier non ſe artam: qñ perpē
derunt poſſunt allegare ꝓpriam impotentiam: ar.
extra de eo qui dux. in ma. quam pol. c. i. ꝛ. c. cō/
ſultationi. Item nō ſm eundē pe. de palu. ꝙ quā
do fit ſepatio propter frigiditatē viri mulieri da
tur lñia cum alio contrahendi: viro āt ſi eſt ipo/
tens ſimpliciter. i. nō valens ſeminare vel valēs
h: ſꝫ ñ in loco dbito ſi h ē quo ad oēm feminā: i/
terdicitur ſimpliciter matrimoniū contrahere.
Si āt impotens eſſet reſpectu iſtius tm̄: puta ꝗa
eſt virgo: ſed ſi eſſet corrupta poſſet eam cogno
ſcere: liberandus eſt tunc cū corrupta: nec ſimpli
citer talis eſt ꝓhibendus: qꝛ non debet effectus
extendi vltra ſuam cauſam. Dicit tñ tho. in. 4. ꝙ
ſi quis non poſſet copulari cum virgine: ſed cū
corrupta poſſent medicinaliter cum aliq̄ inſtru/
mento clauſtra pudoris reſerari: nec hoc eēt cō/
tra naturā: qꝛ non fieret ad delectationē: ſed ad
medicinam. Item ſi mulieri arte abſq periculo
poteſt ſubueniri beneficio medicine: vel per fu/
turum vſum viri ꝓportionati nō impedit cōtra/
here matrimōium: ex̄ d fri. ꝛ male. c. lris. Si vo
nō poteſt, ſiñ graui periculo ſubueniri: certe ſepa
bitur ꝛ poterit ſe copulari alteri cui forſitan apta
foret: vel cuius reſpectu ſubueniri poſſet: ꝙ ſi ꝑ
vſum ſecundi facta ſit idonea ideſt cognoſcibił
primo reddetur proprio: etiam ſi ipſe primus iā
cum alia contraxerat: quam in hoc caſu dimitte
re debet: ꝛ ad primam redire. ſi nō ſit facta ido
nea ideſt cognoſcibilis primo: vel ſi nō ſine gra
ui periculo mulieris poteſt a primo cognoſci: qḋ
poteſt contingere propter indiſpoſitionē mēbro
rum remanebit cū ſecundo. Sed pe. de palu. dic̄
ꝙ opinio contraria que verior videtur: eſt ꝙ ſi
poteſt ei ſubueniri ſine periculo per inciſionem:
ſiue velit ſiue non eſt ipedimentuꝫ tēporale nec

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dirimit:qꝛ ſi hodie nõ vult cras poteſt velle. Vñ
voluntas q̃ ñ eſt perpetua ñ facit ꝑpetuum ĩpedi
mẽtũ:ſimiliter ſi per vſũ iſtius hõis de quo q̃rit̃
poteſt fieri cognoſcibilis tpale ẽ nec dirimit. Si
vero nec ꝑ ĩciſionẽ nec per vſum eius poteſt fieri
cognoſcibilis ab iſto:q̃uis poteſt fieri cognoſci
bilis ꝑ vſum alterius nõ eſt ſepanda ab illo 2°ſi
cum ea contraxit nec reddenda primo:ẽt ſi per
alium fuerit aptata:qꝛ q̃diu eſt iuncta nõ poteſt
alter ea vti:⁊ ſic illud remedium eſt ĩpoſſibile ð
iure diuino ⁊ poſitiuo:qꝛ eẽt adulterium vel foꝛ
nicatio. ⁊ ſi mulier eſt ita arta ꝙ a nullo oꝛdina
rie ſit cognoſcibiliſ:dꝫ remanere ſine ſpe cõiugij
⁊ viro datur licentia cum alia contrahendi. ſi ãt
eſt arta quo ad aliquem:puta ſenem cognoſcibi
lis autem per alium:puta iuuenem licẽtiãda eſt
ad illum:ſed quando ſepata eſt ab vno:qꝛ non
poteſt cognoſci ⁊ ꝯmixta alteri ſimilis conditio
nis:puta ſimil̃ etatis ⁊ cõplexiõis:qꝛ eccleſia tũc
fuit decepta:qꝛ veriſimile eſt ꝙ per longũ vſuꝫ
fuiſſet ſibi apta:tunc reddenda eſt pꝛimo:qꝛ ĩ
pedimentum fuit tempoꝛale:ſecus quando ali⁹
fuit diuerſe conditionis. hec pe. Item ſi mulier
dicat virum impotentem ꝓp defectum mẽbꝛi ſe
cundum hoſti. eſſet inſpiciendus per viros ho
neſtos:ſicut dr̃ de arta ꝙ inſpicienda eſt per ma
tronas honeſtas. ſi autem alleget exceſſum mẽ
bꝛi eſſet conſulendus papa. Nec ſic dicitur muli
er inepta eſſe ad matrimonium ꝓp frigiditatem
ſicut pꝛopter artationem:qꝛ mulier in concubi
tu eſt patiens: vnde ad reddendum debitum
viro ſufficit ꝙ patiatur actioneꝫ viri in naturali
mẽbꝛo. hoc autem eius frigiditas non impedit.

## Secunda impotentia

ſ. accñtalis ſine maleficio ẽ per caſtrationẽ ſuꝑ
uenientẽ:ꝓp qȯ ſi tales oĩo ĩepti ſunt ad redden
dum debitũ cõtrahere ñ pñt:⁊ ſi contraxerint di
uidendi:qꝛ nullũ eſt matrimonium:ex̃ eo. c. ad
ſedẽ. Sed ſi caſtratio cõtingeret poſt matrimõi
um contractũ ꝑ verba de pñti ñ poteſt dirimi:
ſed durat matrimoniũ. Et intelligit̃ iſta caſtratõ
ſm ricar. ĩ. 4. trũcatio mẽbꝛoꝝ genitalium cõp
hendẽdo teſticulos ⁊ virgã. Et de hoc ẽ duplex
opinio. Quidã. n. dicunt ꝙ iſtud ſi ſuꝑueniat ma
trimonio ꝯtracto de pñti:ſed nõdũ conſumato:
ꝙ hꝫ dirimẽ ſicut ⁊ ingreſſus religionis. Alij di
cunt ⁊ cõius ꝙ nõ dirimit̃ cõtractũ:⁊ iſtud ſuꝑ
ueniẽs:ſed ſolũ qñ erat hoc ĩpedimẽtum anteq̃
ꝯheretur per verba de pñti. Quidã ẽt dicunt:ꝙ
ſi remanet virga que erigat̃ ⁊ ſi abſciſis teſticul̃
ꝙ tũc tale matrimoniũ nõdũ conſumatũ nõ ſol
uitur:ſicut dicit glo. de ſpadone. Nã talis ſatiſfa
cit mulieri:ſicut mulier ſatiſfacit viro ſuo:ſiue re
ſoluat ſpma ſiue ñ:nec requirit̃ ĩ matrimonio:ꝙ
ſẽper ſit ſpes filioꝝ:ſed ſufficit ꝙ ñ euitant pꝛo
creationẽ ꝓlis. In hoc ergo caute ĩcedenð eſt: ⁊
cũ maturo cõſilio:⁊ qñ tales poſſunt ĩduci:vt ſe
haberẽt vt frater ⁊ ſoꝛoꝛ caſte viuẽtes:tuta via
eſſet. De caſtrato ⁊ ſpadõe dicit pe. de pal̃. ꝙ ſi ñ
ĩpediuntur ab actu generatiõis:lꝫ ab effectu: qꝛ
ſ. in eis virga erigitur ⁊ ſemẽ emittit̃:ſed ĩualidũ
ad generanð cõtrahere pñt:ſed ſi nõ emittũt ſe
men ñ pñt cõtrahere ſm quoſdã. 32. q. 7. his qui
neqꝫ ꝯhit̃ ꝑ hos affinitaſ. Itẽ q ñ põt ſemiare ĩ
loco debito nõ põt ꝯhere:q̃uis ⁊ rliq̃ defloꝛare
poſſit: qꝛ potẽtia cocũdi ẽ abſolute:qñ qs ñ põt
carnalem copulam exercere. Non autem repu
tatur in iure carnalis copula ſubſecuta:niſi ſit cõ
ſumata per ſeminationem oꝛdinariam:extra de
ſpon. c. finali.

## Tertia impotentia eſt

ꝑ maleficiũ. Circa qȯ ſm tho. ĩ. 4. ⁊ hoſti. ſic te
nenð ẽ ꝙ ſi maleficiũ ſuꝑueniat matrĩonio añ
carnalẽ copulã:tũc ſi maleficiũ ſuperueniẽs ma
trimonio eſt perpetuũ:ĩpedit ⁊ dirimit matrimo
niũ cõtractũ:ita ꝙ celebꝛato diuoꝛtio vir aliam
poterit ducere:ſimiliter ⁊ mulier poterit cũ alio
contrahere. 33. q. i. c. ſi ꝑ ſoꝛtiarias. In dicto capi
tulo ſi ꝑ ſoꝛtiarias dicitur expſſe ꝙ deo ꝑmittẽ
te ⁊ diabolo oꝑante ĩpediri poteſt homo ne co
gnoſcat mulierẽ. Et vt dicit pe. de palu. in. 4. fit
hoc multipliciter. hꝫ. n. ex hoc ꝙ eſt ſps ꝑtãtem
ſuꝑ creaturã coꝛpoꝛalẽ ad motum localẽ ꝓhibẽ
dum vel faciendum: vnde poteſt coꝛpoꝛa ĩpedi
re ne ſibi mutuo appꝛopinquent vel directe vel
ĩdirecte interponẽdo ſe inter eos coꝛpoꝛe aſſũ
pto ſicut accidit ſponſo qui deſponſauerat idolũ
⁊ nihilominus contraxerat cum quadam iuuen
cula:nec potuit eam cognoſcẽ ꝓp hoc. ¶ Secun
do modo poteſt inflãmare ad actum illum vl̃ re
frigerare ab actu illo adhibendo occulte virtu
tes rerum quas optime nouit ad hoc validas.

¶ Tertio modo turbando imaginationẽ ⁊ fan
taſiam extimatiuam:qua reddit mulierem exo
ſam. qꝛ poteſt ĩ imagine impꝛimere. ¶ Quarto
modo pꝛohibendo directe rigoꝛeꝫ mẽbꝛi: ſicut
motum localem cuiuſcunqꝫ oꝛgani. ¶ Quinto
modo ꝓhibendo miſſionem ſpũum ad mẽbꝛa:
in quibus eſt virtus motiua quaſi intercludẽdo
vias ſeminis:ne ad vaſa generationis ðſcendat
vl̃ ne ab eis recedat vl̃ ne excidat vl̃ ne emitta
tur ⁊ multis alijs modis. Plus autem permittit
deus ſuper hunc actum per quem pccm̃ pꝛimuꝫ
tranſfunditur q̃ ſuper alioſ humanos. Et ſepius
maleficiatur vir q̃ mulier:⁊ magis permittit de
us in peccatoꝛes ſeuire demones q̃ in iuſtos vt
patet. de maritis ſeptem Sarai vxoꝛis Tobie.
tamẽ ẽt aliqñ iniuſtos. exemplũ in iob. Et ꝓpter
hoc maleficiati monentur facere confeſſionem
in dicto capitulo ſi per ſoꝛtiarias. hec pe. ð palu.

¶ Ricar. in. 4. dicit ꝙ communis opinio tenet
ꝙ ſi certum eſſet: ꝙ eſſet maleficium ſecutum
matrimoniũ ratũ ñ tamẽ cõſumatũ:ñ ꝓpt̃ hoc
dirimet̃ vinculũ mr̃imõij. in ſeparãdo ãt malefi
ciatos ſilr̃ ꝓcedẽdũ eſt:ſicut in ſepãdo ĩeptos
pꝛopter frigiditatẽ:excepto ꝙ frigido nõ datur

lnña cõtrahendi cũ altera: qꝛ frigiditaſ ē impe/
dimẽtum vniuerſale: ſꝫ maleficiato daṫ: qꝛ ma/
leficiũ eſt impedimentũ particlare. De ſi mlier
ipſa ꝓcurauerit maleficiũ: nõ pōt petẽ diuoꝛtiũ
quia culpa ſua ad hoc deuẽit. 55. di. ſi euãgelica
Siuo maleficiũ ſit tẽpõale: ñ impedit nec diri/
mit: ⁊ a pꝛincipio quidem maleficium preſumi
tur tempoꝛale: ſed poſtqꝫ coniuges per trienniũ
ſimul cohabitauerint dantes operaꝫ carnali co
pule: ſi adhuc durat impedimentum: qꝛ. ſ. ſe co/
gnoſcere non potuerunt: pꝛeſumitur maleficium
eſſe perpetuum: extra. e. c. laudabilem. ⁊ ſic ſepa
rabitur. Si autẽ ſepati propter maleficiũ: poſtqꝫ
alia matrimonia contraxerint ⁊ carnaliter ſe co/
gnoſcant reuocandi ſunt ad primũ matrimoni/
um: eo ꝙ ſnña diuoꝛtij lata inter eoſ fuit per erro
rem: qꝛ impedimentum fuit iudicatuꝫ inter eos
perpetuũ ſꝫ pꝛeſumptionem: quod non erat per
petuum ſm rei veritatem: ⁊ illud decretum. 33.
q. i. ſi per ſoꝛtiarias non teneret. hec ricar. in. 4.
¶ Nõ ſm pe. de palu. ꝙ maleficium ſi poſt triẽ
nium durat iudicatur perpetuum: nõ quideꝫ qꝛ
illud non poteſt tolli vel a deo vel etiam opere
diaboli qui ſanat ex hoc ꝙ toꝛquere ceſſat: ex/
emplum in legenda beati bartholomei apoſtoli
ſed qꝛ non poteſt tolli opere humano: qꝛ non eſt
ptãs ſuper terram: ĩmo nec ſuper celum poſt deũ
que lucifero valeat cõparari in naturalibus: nec
ſemper exoꝛciſmi liberant: qñqꝫ quidem ꝓpter
peccatum qñqꝫ autẽ propter bonum hõis cui ñ
expedit nubere. vnde nec paulus fuit exauditus
pe. ¶ Et nõ ꝙ ſi maleficium non poteſt reuoca/
ri niſi per aliqđ illicitum: vt per demonis auxili
uꝫ ⁊ hꝰ: etiã ſi ſciretur ſic poſſe reuocari: nihilo/
minus ĩpedimentum perpetuũ iudicabitur: qa
remedium non eſt licitum. tho. pe. alber. ⁊ hoſti.
Et addit hoſti. ꝙ lꝫ aliqua remedia videantur
vana: tolerari non poteſt retundere vana vanis
non autẽ dicit illicitis. ¶ Sciendũ etiam ſm pe.
de palu. ꝙ ſi maleficiati vel alias impotenteſ ve
lint cõmanere veri coniuges ſunt: ſicut maria ⁊
ioſeph. Si autẽ ambo ꝓclamant ⁊ euidẽtiſſimis
ſignis ĩpotentia pꝛobari poteſt non expectaṫ tri
ennium: ſed ſtatim ſepantur. Si autem non ſit eui/
dens oꝫ ꝙ ꝑ triẽniuꝫ commoꝛati iurent ambo: vir
quidem ꝙ ſtudioſam operam dedit bona fide
ſine fraude ꝙ eam cognoſceret ⁊ non potuit ꝑ/
ficere: mulier ſimiliter ꝙ per eam non ſtetit, nec
fraudem adhibuit: quando cognoſceretur a vi/
ro: ſed non fecit. Sacramentales autẽ iurabunt
ꝙ credunt eos verum iuraſſe: extra đ purga. ca.
c. inter ſolicitudines. De triennio iſto in autenti/
co de nup. §. per occaſionem. ⁊ interdicitur ma
trimonium ĩpotenti cõceditur potenti. 33. q. i. re/
quiſiſti. ⁊ extra eo fraternitatis. Si autẽ mulier
dicit ꝙ vir non poteſt eam cognoſcere: ⁊ vir aſſe
rit ꝙ ĩmo ſtandum eſt viro: qꝛ caput eſt mulieris
33. q. i. ſi quis acceperit. ⁊ hoc niſi mulier ꝓbet cõ
trarium per aſpectum coꝛpoꝛis extra de deſpõ.
ſpu. c. continebatur. econtra ſi vir dicat ſe nõ poſ
ſe cognoſcere ⁊ ipſa aſſerit contrarium: viro nõ
ꝓbante ipſa abſoluitur. Sed videtur ꝙ quãdo
allegat ĩpotentiam mulieris ꝙ ipſa teneatur ſe
oſtendere inſpiciendam: ⁊ qꝛ in cã diuoꝛtij vir ⁊
mulier ad paria iudicantur: ſic vir allegans mu
lierem artam auditur petenſ inſpici: ſic ecõuerſo
mulier allegans virum eunuchizatum audiṫ pe
tens aſpectum coꝛpoꝛis. Et idem eſt ſi dicat im
potentiã eius aſpectu eius poſſe pꝛobari. hec pe.
de palu. ¶ De ſi poſt triẽnium celebrato diuoꝛ/
tio redeat potentia ſe cognoſcendi: lꝫ đ hoc ſint
varie opi. tenendum tamẽ qđ ſentire videṫ tho.
in. 4. diſ. 34. q. i. ar. 3. ſ. ꝙ ſi maleficium fuit vni/
uerſale reſpectu cuiuſlibet pſone tũc ſi alteri nup
ſerit oſtẽditur impedimẽtum nõ fuiſſe perpetuũ
vnde debꝫ redire ad primuꝫ. Si ãt maleficium
fuit particulare reſpectu. ſ. ſpualis pſone: tunc cũ
vtriqꝫ deṫ lnña contrahendi cũ alijs: non poteſt
ad pꝛiſtinum matrimoniũ redire: cum pꝛimum
matrĩoniũ nllũ fuerit ⁊ ſꝫ vex tho. i. 4. vt ſupꝛa.

## ¶ De cognatione legali. ca. xiij.

Tertiumdecimum impedimẽtum eſt cognatio qđ. 4. loco
ponitur in verſibus ſupꝛadictis. Ubi nota ꝙ tri
plex eſt cognatio. ſ. carnalis ſiue naturalis: q̃ dici
tur cõſanguinitas: ſpualis que dr̃ cõpaternitas:
⁊ legalis que dr̃ adoptio vel arrogatio. quelibet
harũ ĩpedit ⁊ dirimit matrimoniũ: ſed diuerſis
modis: qꝛ diuerſos gradus hñt. Cognatio lega/
lis ē que ſit per adoptionẽ vel arrogationẽ: ⁊ hẽt
tres ſpecies. ¶ Pꝛima eſt aſcendentiũ ⁊ deſcen/
dentium que eſt inter prẽm adoptãtem ⁊ filiuꝫ
ſiue filiã nepotẽ vel neptẽ ⁊ hꝰ adoptatos: ⁊ hec
indiſtincte ĩpedit matrimoniũ ⁊ in perpetuum
ſm pe. de palu. inter prẽm tñ adoptantẽ ⁊ patrẽ
⁊ matrem adoptati nulla cognatio contrahitur
ſm tho. ⁊ pe. Pater ergo adoptatoꝛ non põt con
trahere cũ filia adoptata: nec ⁊ cũ nepte adopti
ua. 30. q. 3. item diligere. ¶ Secũda ſpecies col/
lateraliũ. ſ. inter filiũ naturaleꝫ alicuius ⁊ filium
adoptiuũ ⁊ hec ĩpedit matrimoniũ: qꝫdiu ſũt in
eiuſdem patris ptãte: ea vero ſoluta. ſ. moꝛte pa/
tris vel emãcipatione filij naturalis vel adopti/
ui nõ ĩpedit. 30. q. 3. poſt ſuſceptũ. Et vr̃ hoc ĩtelli
gendũ de filijs naturalibus legitimis. ſ. ꝙ ñ pñt
cõtrahere cũ filiis vel filiabꝰ adoptiuis pr̃is ſui.
Nã adoptiuus filius cũ filia legitima patris ſui
adoptiui contrahere põt ſic nõ hug. 30. q. 3. ĩ pn.
Idẽ hoſti. ĩno. ⁊ ricar. ¶ Nõ etiã ꝙ ĩter duas ꝑ
ſonas adoptatas ab aliquo in filiaſ poteſt eẽ ma
trimoniũ ſꝫ Guil. hug. ⁊ ber. cũ nuſqꝫ ĩueniant ꝓ
hiberi: ſic ẽt duo filij ſpuales alicuꝰ: puta ꝑ ſuſce
ptionẽ ĩ baptiſmo vl̃ cõfirmationẽ poſſint con/
trahere adinuicẽ: ⁊ ſpirituales filij cum adopti/
uis. Si ergo adoptiuꝰ filius matrimoniũ ꝯhit cũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

legitima adoptãtis: dicit Guil. ꝙ q̃uis qdam dixerint ꝙ nõ ſolueret̃ tale matrimoniũ: tñ verius tenendũ eſt qđ notat hug. ſ. ꝙ ſolueretur: ex. c. c. vnico. ꝛ hoc eſt verũ tã de ſimpliciter adoptato qui. ſ. nõ trãſit in ptãtem adoptantis: q̃ꝫ de arrogato qui tranſit in ptãtem arrogantis. ¶ Tertia ſpecies ẽ quaſi legalis affinitas inter p̃rem adoptãtem ꝛ vxorem filij adoptiui: ſimiliter ĩter filiũ adoptiuũ ꝛ vxorẽ patris adoptãtis: ꝛ hoc ĩpedit oĩ tpe matrimoniũ: qm̃ pater adoptãs nũq̃ꝫ põt cõtrahere cũ illa que fuit vxoꝛ filij adoptiui et poſt emãcipationem: ar. ff. de ritu nup. l. nam adoptiuus. ꝛ idem iuris eſt de filio adoptiuo reſpectu vxoris adoptantis.

¶ De cognatiõe nãli ſeu de ꝯſãguinitate. ca. xiiij

## De conſanguinitate

que dr̃ cognatio naturalis ſiue carnalis ĩpediens ꝛ dirimens matrimoniũ tria videnda ſunt. ¶ Primo quid ſit cõſanguinitaſ linea ꝛ gradus in ea. ¶ Secundo de cõputatione graduũ. ¶ Tertio de ꝓhibitiõe in quib⁹ gradibus. ¶ Et quãtum ad primũ ſm pe. de palu. in. 4. di. 40. q. i. Cõſanguinitas ẽ vinculũ pſonaꝝ ab eodem ſtipite deſcendẽtiũ carnali ꝓpagatione cõtractuꝫ. Ubi ſciẽdum ꝙ nõ deberet dici cõſanguinitas: ſed cõſanguineitas: ſed pp meliorẽ ſonũ dr̃ conſanguinitas: ꝛ noĩbus vtendũ eſt vt plures. Uinculum dr̃ qꝛ amici magis ſe diligũt q̃ꝫ extranei affectu ꝛ effectu: vnde nõ bruta: qꝛ homo eſt aĩal politicũ. ab eodem ſtipite dr̃ ſ. propinquo: alias oẽs hoĩes eſſent cõſanguinei: qꝛ ex vno. ſ. adam fecit deus hoĩum genus actuũ. 17. c. carnali ꝓpagatione. Uñ nõ eſt cõſanguinitas eoꝝ qui p creatiõem a deo ꝓceſſerunt. Dicitur ãt cõſanguinitaſ a cõitate ſanguinis vel a cõueniendo ĩ ſanguine magis q̃ꝫ in carne: qꝛ ſanguinis magis eſt materia ſeminis. Nã ſperma ſm medicos ẽ ſanguis puriſſimus. Et qđ dictũ eſt carnali ꝓpagatiõe excludit Euam a cõſanguinitate Ade: qꝛ miraculoſa ꝛ ſupnaturali ꝓpagatiõe: ſed nõ excludit xp̄m a cognatiõe cõſanguineoꝝ beate marie: qꝛ fuit carnalis ꝓpagatio ex pte m̃ris lꝫ non ex pte p̃ris. Hoc ãt vinculũ: ſicut ꝛ oĩs amicitia fũdat̃ ĩ cõicatione triplici. ſ. nature cure ꝛ diſciplĩe. Nature qꝛ oẽs cõſanguinei deſcendũt per carnis ꝓpagatiõem ab vno ſtipite: qui eſt cõis eoꝛum parẽs. Cure: qꝛ cura parẽtum procedit ad filios ñ ſolum immediatos: ſed etiam ad filios filioꝛum quotquot videre poſſunt. Diſcipline qꝛ proles ſub parentum poteſtate ꝛ ſubiectione eſſe debet

## Secunda concluſio eſt

de linea ꝯſanguinitatis qd ſit ꝛ qũo dicat̃. Eſt ãt oꝛdinata collectio pſonaꝝ cõſãguinitate cõiunctaꝝ: nec oꝫ addere ab eodẽ ſtipite deſcẽdentiuꝫ qꝛ hoc ĩcluditur ĩ cõſanguinitate. Et ẽ triplex linea ſm triplcẽ hitudinẽ: quã hñt ꝯſanguinei ad inuicẽ. Una ẽ pricipiati ad pricipiũ vt filij ad patrẽ auum ꝓauũ ꝛ ſupꝛa: ꝛ ſm hanc accipit̃ linea aſcẽdẽtiuꝫ. Alia eſt pricipij ad ꝑncipiatũ vt p̃riſ ad filiũ: nepotẽ ꝓnepotem ꝛ ĩfra ꝛ ſm hãc accipitur linea deſcendẽtiũ: que ñ eſt alia a linea aſcẽdentiũ: ſed aliter accepta ſm aliũ ꝛ aliũ moduꝫ cõputandi: qꝛ ſꝫ vnã ſit acceptio ab ĩferioꝛi aſcẽdendo: ſꝫ aliã ſit acceptio a ſupioꝛi deſcendẽdo. Tertia eſt hitudo eoꝝ qui ſũt ab vno pricipio ſicut f̃rm qui ſũt ex vno p̃re vel m̃re: ꝛ nepotuꝫ q ſũt ex duob⁹ f̃ribus vel ſoꝛoꝛibus: ꝛ ſic deinceps ꝛ ſm hãc accipitur linea trãſuerſalis: q̃ ſubdiuidit̃ ĩ eam q̃ eſt collateralis aſcendẽtiũ: ĩ qua ſũt auũculus m̃rtera ꝛ patru⁹ ꝛc̃. Et eã que ẽ collateralis deſcẽdentiũ in q̃ ſt̃ f̃r ſoꝛoꝛ nepos ꝛ neptis ex filio vel ex filia ꝛc̃.

## Tertia cõcluſio ẽ quid

ſit gradus? ꝛ dicendũ eſt: ꝙ hitudo determinate diſtantie a pſona ꝛ quilibet linea hꝫ ſuos grad⁹ ꝛ linea ꝛ gradus ĩ affinitate ſũt ſm habitudinem a cõſanguinitate ꝛ nõ aliter.

## De cõputatiõe graduum.

Et prima cõcluſio de cõputatiõe cõi iuriſtarum ꝛ canoniſtaꝝ. Nã illa Iſidoꝛi ꝛ cetere que ponũtur in l̃ra di. xl. ꝛ ĩ decretis. 35. q. 5. ꝛ. 4. ꝛ. 5 ñ ſũt ĩ vſu. Cõputant̃ ãt gradus conſãguinitatis hoc mõ. In linea. n. aſcẽdẽtium ꝛ deſcẽdentium computande ſunt perſone medie inter illas: de quibus queritur ꝙ ſi nulla ſit media ſunt in primo gradu: vt pater ꝛ filius deſcendendo: ꝛ filiuſ ꝛ pater aſcendendo. Si vero ſũt alie perſone medie computatis eis cum extremis: quot ſunt perſone vna minus tot ſũt gradus: verbi gratia: au⁹ ꝛ nepos diſtant ſecundo gradu ſiue aſcendendo ſiue deſcendendo: qꝛ ſunt tres perſone. ſ. auus ꝛ nepos: ꝛ qui eſt in medio eoꝛum qui eſt pater reſpectu pꝛimi ꝛ filius reſpectu ſecũdi: remoto igitur vno remanent duo: ꝛ ſic nepos ꝛ auus ſunt ĩ ſecundo gradu pꝛoauus ꝛ pꝛonepos ſunt in. 4º. gradu: qꝛ ſunt pꝛopinque perſone numerande. ratio huius eſt: qꝛ cum gradus ſit certa diſtantia pꝛopinquitatis: gradus non poteſt eſſe eiuſdeꝫ ad ſeipſum: ſicut nec pꝛopinquitas: ꝛ ideo grad⁹ ſemper pꝛeſupponit perſonam aliquam cui ſecũda addita facit gradum: ꝛ per eandem rationeꝫ tertia addita ſecunde ꝛ quarta tertie: ꝛ ſic ſemꝑ vt ſit numerus graduum ſecundum numerum perſonaꝝ vna excepta. ꝛ hec computatio graduum ĩ linea aſcendentiũ ꝛ deſcendẽtiũ ẽ cõis apđ oẽs. ¶ In linea vº collaterali q̃ nõ eſt eoꝝ: q̃ruꝫ vnus deſcẽdit ab altero: ſed eoꝝ q deſcendũt a. cõi ꝑncipio: alit̃ cõputãt̃ grad⁹ ſm leges aliter ſꝫ cãones. ſꝫ. n. caões cõputãt̃ hº mõ. Uidẽdũ vtrũ pſõe đ qb⁹ q̃rit̃ eq̃lit̃ diſtẽt a cõi ſtipite aut ĩeq̃lit̃ ſi eq̃lit̃ quoto gradu q̃libꝫ earum diſtet a cõi ſtipite toto gradu diſtãt ĩt̃ ſe: vbi grã ſit nob ſoꝛtes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cõis parens ⁊ ſtipes:ego nepos ſm vnã lineam:
tu vero ꝓnepos ſʒ aliã lineã. Si querit̃ quoto
gradu ego diſto a te:debet reſponderi:ꝙ tertio:
qꝛ toto gradu tu ꝗ es remotioꝛ diſtas a cõi pa
rente:a quo ego ñ diſto:niſi ſcḋo gradu: ſed ſm
leges aliter cõputãt gradus in linea trãſuerſali:
qꝛ ſʒ eas duo fratres ſũt ĩ ſecũdo gradu:filij du
oꝝ fratrũ ſunt ĩ quarto gradu:nepotes ĩ.6.gra-
du:⁊ ſic cõputantur gradus ſm cõputationeʒ le
galẽ ſupra computationẽ canonicaʒ: ſed opinio
canoniſtarũ eſt ratiõabilioꝛ:qꝛ abſurdũ videt̃
ponere ſʒ gradum ſine ꝑmo:qḋ tñ ſequit̃ ſʒ opi
nionẽ legiſtaꝝ:qꝛ ñ eſt dare aliquẽ: qui ſit ĩ pꝛio
gradu linee trãſuerſalis equalis:ſed pꝛimuſ ĩ ea
qui eſt frater eſt in ſo gradu ſʒ legiſtas:pꝛimus ĩ
trãſuerſali inferioꝛi eſt in tertio.ſ.filius fratriſ:et
pꝛimus in trãſuerſali ſuperioꝛi eſt in tertio:vt pr̃
et auus. Et iḋ canoniſte meliꝰ cõputãt ĩ trãſuerſa
li ponẽtes frem in pꝛimo gradu:filiũ fr̃is in ſecũ
do.ſ.deſcẽdẽdo:nepotem in tertio pꝛonepotem
ĩ quarto abnepotẽ in .5.⁊ cetera:aſcẽdẽdo vero
pr̃uũ in.2.pꝛopr̃uuʒ.ĩ.3.abpr̃uuʒ.ĩ.4. ⁊ cetera.
Dilatãdo vero duoꝝ fratrũ filios ĩ 2° nepotes ĩ
3°.⁊ cetera:ſicut ĩ genealogia adã ꝑ ſeth ⁊ caim:ꝗ
ſunt ĩ ꝑmo gradu ⁊ filij eoꝝ ĩ ſecũdo ⁊ cet̃a. Rõ
diuerſitatis huiꝰ cõputatiõis ẽ iſta:vt dicit alex.
papa.35.q.5.ad ſedẽ.ĩ legibus ob nihil aliḋ ipſa
graduuʒ mẽtio facta eſt:niſi vt hereditas vl̃ ſuc
ceſſio ab vna ad alterã ꝑſonã ĩter cõſanguĩeos
deferatur. In canõibus vero ob hoc ꝓgenies ꝯ
putat̃:vt apte mõſtret̃ vſqꝫ ad quotã generatio
nẽ cõſanguineoꝝ ſit nuptijs abſtinẽdũ: vt rite ⁊
canõice nuptie celebꝛẽt̃ ĩter fideles.hac igit̃ de
cauſa:qꝛ hereditates neqũt deferri :niſi de vna
ad alterã ꝑſonã.icirco curauit ſecularis impe-
ratoꝛ ĩ ſingulis ꝑſonis ſingulos ꝑficere gradus:
qꝛ vero nuptie ſine duabus ꝑſonis fieri ñ valẽt:
ideo ſacri canões duas ꝑſonas ĩ vno gradu ꝯſti
tuere curauerũt.hec ibi. Quod autem ibi dicit̃:
ꝙ vſqꝫ ad ſeptimũ gradũ ꝑdurat̃ cõſanguinitas
ſm computatiõeʒ cãonũ:ĩ quibus gradibus ſe-
ptẽ ꝓhibet̃ matrimõiũ:tũc verũ fuit: ſʒ hodie ñ
durat cõſanguĩtas:niſi vſqꝫ ad quartũ gradum
ĩcluſiue. Nã greg.9.remouit tres vltimos gra-
dꝰ:ex eo ꝙ ñ bñ poterant mẽti retineri tot gra-
dus:⁊ etiam erat difficile ſatis:vſqꝫ ad.7.gradũ
abſtinere a matrimoñijs talium:vñ ſequebãt̃ ſe
pe ĩcõueniẽtia:habetur hoc ſtatutũ eccleſie:ex-
tra de cõſan.⁊ affi.c.nõ debet. Gradus aũt ſm
leges:quo ad ſucceſſiõem hereditatis durant.ſ.
vſqꝫ ad.x.gradum computãdo modo legali:vt
dictum eſt.

## De pꝛohibitiõe matrimonij ĩter conſanguineos.

Nõ ſm pe. vbi ſupra
tres cõcluſiones. ¶ Pꝛima ꝙ cõſanguinitas de
iure naturali ſm lineã rectam aſcendẽtium ⁊ de
ſcendẽtiũ ĩpedit matrimoniũ:ſed plus filij cum
matre q̃ꝫ filie cũ patre ꝑꝑ reuerentiã: ꝓpt̃ qḋ
vl̃ ꝙ in linea recta in infinitũ ꝓhibeatur matrĩo
niũ:adeo vt ſi adã hodie viueret ñ ĩueniret vxo
rem ſʒ legiſtas. Ratio hꝰ:qꝛ maioꝛ reuerẽtia ḋ-
betur parentibus remotis q̃ꝫ ꝓpinqs.vnde vul-
go pr̃ nõ dicitur dñs ſed auus q̃ꝫdiu viuit:⁊ licꝫ
minoꝛ ꝓpinquitas tñ maioꝛ reuerentia q̃ plus
attẽditur.nam cũ filia fratris poteſt ſecunduʒ le
ges contrahi:ſed non cũ amita :que tamen nõ ẽ
ꝓpinquioꝛ.

## Secunda concluſiõ de

ꝓhibitione iuris diuini:circa hoc ꝓhibẽtur eniʒ
plures ꝑſone:puta ſimul naturali federe cõmo-
rantes :⁊ ſũt.xij.que leuitici.18.c.numerãtur. mr̃
nouerca ſoꝛoꝛ neptis amita mattera:vxoꝛ pr̃ui
nurus vxoꝛ fr̃is:niſi pꝛemoꝛtui ſine liberis:ꝑui-
gna filia pꝛiuigni vel pꝛiuigne:ſoꝛoꝛ vxoꝛis q̃ ĩ
lege nature ꝑmittebatur vt in Lia ⁊ rachel copu
latis iacob. Huiꝰ rõnẽ doc.aſſignant:qꝛ matrio-
nium oꝛdinatur ad repſſionem cõcupiſcentie: ſʒ
cõcupiſcentia non repꝛimit̃:ſed magis augetur:
ſi inter illas ꝑſonas quas cõuenit in eadem do-
mo cõuerſari eſſet cõceſſa copula matrimonia-
lis:quare lex diuina rõnabiliter ꝓhibet talẽ co-
pulam. Nam qꝛ electio nõ eſt niſi poſſibilium:
eoipſo ꝙ cõcupiſcibile ſit ĩpoſſibile: minuit̃ vl̃
tollitur cõcupiſcentia illius.vnde q̃ꝫdiu cohabi
tantium viroꝝ ⁊ mulieꝝ in vna domo poſſet eẽ
matrimoniũ :ſicut tales perſonas pꝛenominataſ
contingit ſimul cohabitare concupiſcentia non
haberet frenum:ſed ex quo matrimonium ſit ĩ-
poſſibile inter tales :quia pꝛohibitum ceſſat cõ
cupiſcentia.

## Tertia cõcluſio eſt de

ꝓhibitiõe iuris poſitiui canonici:qꝛ illa iuris ci
uilis nil ad ꝓpoſitum cũ circa ſacramẽta laici nil
pñt diſponere:ergo iure nouo ꝓhibitum ẽ matri
moniũ cõtrahi in quarto gradu ⁊.ĵ.in quinto ãt
⁊ vltra in linea tranſuerſali ꝑmiſſũ eſt:vt de con
ſan.⁊ affi.c.nõ debet. Alij gradus qui ꝑus erant:
ſunt ablati ⁊ in hiꝰ poteſt diſpenſare papa ⁊ ñ aliꝰ
quia ñ ẽ permiſſum epis: ſicut in alijs. eius eni
eſt diſpenſare ĩ iure ꝗ eſt ſupꝛa ius vl̃ cui cõmiſ-
ſum eſt a iure:vnde in gradu lege nature vel le-
ge diuina ꝓhibito ſolus deus diſpenſare poteſt
vel cui inſpiraret qui tamen non legitur diſpen-
ſaſſe cum quocũqꝫ. Papa autem in his que ſunt
iuris poſitiuiꝰ:puta in quarto gradu ⁊ tertio:im-
mo ⁊ in ſecundo quandoqꝫ :puta collateralium
equaliter ꝙ ꝯtrahant diſpenſat:vtputa filij duo
rum fratrum:qḋ lege moyſi ⁊ iure ciuili erat ꝑ-
miſſum:nec eſt ſufficiens cauſa diſpenſationis
augmentatio patrimonij:ſed pax vel concoꝛdia
vel aliquid huiuſmodi. In linea autem aſcendẽ
tium ⁊ deſcendentium in infinitum nuptie ꝓhi-
bentur. Eſt tamen dubiuʒ vtrũ papa poſſit diſ-
pẽſare ĩ gradu lege diuina ñ naturali pꝛohibito:
⁊ ſi quidẽ ꝓhibitõ legis moſayce ĩ huiuſmõi eẽt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pure iudicialis non moralis:non ligaret hodie:
niſi in quantum eſſet iure canonico reſumpta ta
lis lex:⁊ ſic in omnibus illis gradibus papa poſ
ſet diſpēſare:ſed fere omnes gradus lege moſay
ca prohibiti videntur prohibiti iure naturali:qꝛ
ad omnes illas perſonas cohabitantes eſt amici
tia naturalis ſine aliquo federe.vnde qꝛ natura
nihil fruſtra facit vbi ſunt mulieres alie ex qui
bus poſſit eſſe generatio ſine iſtis.fruſtra fit cum
iſtis matrimoniuꝫ qđ non eſt neceſſe nec ꝓpter
generationem nec propter amicitiam.vnde pro
babilius eſt:ꝙ papa non poteſt diſpenſare in illiſ
gradibus.Et ſecundum hoc diceretur ꝙ ante le
gem ſcriptam erat diſpenſatio a deo vt cum illiſ
contraheretur:excepto primo gradu aſcendēti
um ⁊ deſcendentium.Unde adam inſpiratus a
deo dixit.Relinquet homo patrem ⁊ matrem:
ceteras perſonas videtur permiſiſſe :que tamen
iure naturali erant prohibite: vt frater ⁊ ſoroꝛ:
in quibus primis credendū eſt deuꝫ diſpenſaſſe
propter neceſſitatem.

## De cognatione ſpūali. ca.xv.

Tertia cognatio ſpi
ritualis.ſ.compaternitas:⁊ prouenit ex
hoc ꝙ aliquiſ profert ſacra baptiſmatis cōfirma
tionis vel ſuſcipit ſiue tenet illum cui tale ſacra
mentum confertur.per alioꝛum ſacramentoꝛuꝫ
collationem non contrahitur cognatio ſpirituał:
que habeat impedire vel dirimere matrimoniū
extra eo.tua.c.ſi.li.vi.Jo. an. per cathecíſmum
vero cotrahitur cognatio aliqualis: videlicet q̄
habet impedire:ſed non dirimere matrimoniū
eo.ti.c.z.li.vi.Jſta autē cognatio hꝫ tres lineas.

Prima eſt inter baptizatum ⁊ illuꝫ
qui ad baptiſmum ſuſci
pitur ac etiam vxoꝛem eius ſi tunc habet ⁊ car
naliter cognouit.nam quando vnus coniugum
ſiue maritus ſiue vxoꝛ tm̄ tenet aliquem ad ba
ptiſmum cognatio ſpūalis tranſit etiam ad alte
rum non tenentem coniugem ipſius tenentis ad
baptiſmum:⁊ ſic inter tales non poteſt eſſe mr̄i
monium.ſ.inter ſuſcipientem cum coniuge eius
ſi habet:⁊ ſuſceptum:imo etiam dicit beatꝰ tho.
i.4.di.ſ.42.q.i.ar.3.q.z.in coꝛpoꝛe.q.ꝙ compa
ternitas tranſit a viro in mulierem quācunqꝫ car
naliter cognitam:q̄uis non ſit vxoꝛ.Jdem ſen
tit glo.ſuper.c.ſi quis ex coniugio.30.q.4. dicēs
ꝙ per foꝛnicarium coitum acquiritur compater
nitas:qꝛ vna caro efficitur.Jdem tenet io.an.in
vi. Ricar.autēꝫ in.4.di.4z.dicit ꝙ ſi aliqui effi
ciantur vna caro per foꝛnicariam copulam non
propter hoc tranſit cōpaternitas ab vno in ali
um:qꝛ per rem pure carnalem non contrahitur
cognatio ſpūalis.Jdem tenet pe.de palu.in .4.
dicēs:ꝙ cognatio ſpiritualis dicit:qꝛ a ſpūalibꝰ
cauſatur.vnde veriuſ videtur ꝙ nō ſic foꝛnicarij
cōicent ſibi actiōes:ſicͭ cōiuges:qꝛ in illis nͥ ē niſi
vīculū carnale ad tempus:hic autē ſpūale ⁊ car
nale:vnde ſunt magis vnum in carne vna.Un
de ⁊ in computatione graduum pater ⁊ mr̄ vna
perſona computantur.Quāuis autem eſſe duos
in carne vna equaliter ſit in foꝛnicatione ⁊ cōiu
gio:tamen hic vbi queritͭ đ cognatiōe ſpūali :ali
quid debet facere vinculū ſpūale. Hec ille. Ant.
de bu.ſuper.c.martius.đ cogna.ſpi.refert vtrāqꝫ
opi.ſed hanc vltimaꝫ dicit tenere hug.⁊ archi.⁊
iohā.an.eo.ti.c.i.in nouella.li.vi.nec obſtat dicūt
ipſi ꝙ copula foꝛnicaria inducit affinitatem: qꝛ
illud in affinitate coꝛpoꝛali:que etiam per illici
tam copulam vt vinculuꝫ coꝛpoꝛale acquiri po
teſt:ſecus in ſpūali vt compaternitas que eſt vin
culum ſpūale.vnde abſonum eſt dicere ꝙ ꝑ coi
tum foꝛnicarium contrahatur.hec ille.Jdem ēt
tenet glo.ray.Jnno.vtranqꝫ opi.ponit ⁊ neutraꝫ
alteri pꝛefert.Unde ſi quis inueniret tale matri
moniū iā contractuꝫ de pꝛeſenti vel conſumatū
ex quo aliqui dicunt illud tenere tuta via eēt:vt
peteretur diſpenſatio vel declaratio a dn̄o papa.
qđ ſi haberi non poſſit ſm̄ rłam hoſti.qui dicit:
ꝙ vbi reperiuntur contrarie opi.de aliquo ma
trimonio:vtrum teneat vel non:adherendum ē
illi q inducat matrimonium tenere niſi cōtraria
opinio fulciretur canonica auctoꝛitate expꝛeſſa
ſecūdum igitur eum potiuſ debent dimitti ī ſuo
coniugio q̄ ſeparari.vbi autem tales nōdum cō
traxiſſent conſulendum eſſet eis ꝙ abſtinerent
a contractu huiuſmodi:ſed bene poſſet aliquis
contrahere cum ſoꝛoꝛe filij ſui ſpiritualis.30.q .3
illud.Jtem poteſt contrahere pater cuꝫ illa quā
filius eius tenuit ad baptiſmum vt notatur.30.q
3.illud.q̄uis filius non poſſit contrahere cū illa
quam tenuit pater ad baptiſmum.

Secunda ē inter bap
tizatum:ſiue ſit maſculus ſiue femina:⁊ filios na
turales ſuſcipientis ſiue ſint legitimi ſiue illegiti
mi. vnde inter eos non poterit eſſe matrimo
niuꝫ:⁊ qꝛ cognatio ſpūalis nͥ habet graduſ q̄uis
filius naturalis petri non poſſit contrahere cum
filia ſpūali ipſius petri:quam.ſ.tenuit ad baptiſ
mum vel confirmationem: poſſet tamen contra
here cum filia filie ſpūalis ipſius petri.ar.30.q.3
c.i.Jtem filij duoꝛum compatrum ſiue ſint geni
ti ante compaternitatem ſiue poſtea poſſunt cō
trahere adinuicem:excepta ſolum illa perſona :
per quam compaternitas eſt cōtracta: que nūq̄
poterit copulari alicui filioꝛum ſiue patris ſpiri
tualis.30.q.3.ſuper quibus.

Tertia eſt inter ſuſcipientē in
baptiſmo ⁊ pa
rentes baptizati:inter quos etiā nō pōt eē matri
moniū:vnde mater baptizati nūq̄ pōt eē vxoꝛ
eiꝰ:q tenuit ipm̄ baptizatum ad baptiſmū:qꝛ cō
mater eiꝰ ē.Jtē nō.ꝙ ſi quis:puta petrus ꝯtra
voluntatē vxoꝛis ſue:puta marie tenet vel leuat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ð ſacro fõte filiũ alicꝰ:puta iohãnẽ filiũ martini
contra voluntatẽ ipſius martini ſm Jo.neapol.
in quodlibet.9.vtiqꝫ contrahitur vera cognatio
ſpualis inter eos non obſtante ĩuoluntatiõe ſeu
contradictione illoꝝ ita ꝙ petrus eſt vere com
pater martini:⁊ maria eſt vere cõmater ſpualis
Johãnis velit nolit.huiꝰ ratio eſt ſm ipſuꝫ:quia
qð eſt ex ſtatuto eccleſie nõ dependet ex volun-
tate ſubiectoꝝ ſtatuto ⁊ ſtatuentis. Sed ex ſtatu
to eccleſie eſt ꝙ cognatio ſpualis trãſeat ab vno
coniugũ in alterum conſumato matrĩonio: ⁊ ꝙ
cõpaternitas acquiratur pr̃i carnali ꝑ hoc ꝙ ali-
quis leuat filium eius ð ſacro fonte ergo ⁊c. Itẽ
poſita cauſa ſufficienti cognationis ſpualis oꝫ po
nere cognitiõem ſpualem. Cã enim eſt ad quaꝫ
ſequitur effectus. Sed paternitas ſpualis quam
cõſequitur per actum ꝓpriũ vnus coniugũ ẽ cã
ſufficiens alteri coniugum cognationis ſpualis
poſtqꝫ eſt matrimoniũ conſumatum:ergo ⁊c. Et
nota ꝙ regulariter vnus dꝫ tenere ad baptiſmũ
ſeu leuare de fonte:vt de conſe.di.4.c.nõ plurs.
Et ſi neceſſitas cogeret vnus ⁊ idem poteſt tene
re in baptiſmo ⁊ cõfirmatione ſm ray. Si ãt plu
res tenent dicit alber.in.4.ꝙ hec potius ẽ ꝑmiſ
ſio qꝫ ſtatutum qð debeat approbari .permittit
ãt rõne amicitie que cõtrahit inter eos.hec ille.
Ubi ergo duo vel tres ex more patrie cõiter te-
nent:vr̃ tolerandũ ⁊ ſine peccato fieri:tutiꝰ tamẽ
eſſet habere ſuper hoc diſpenſatiõem ab epo:ſi
pur vult plures habere tenentes ad baptiſmum:
⁊ cũ plures tenent:cũ oĩbus contrahitur cogna-
tio ſpualis que ĩpedit ⁊ dirimit ſm hoſti. Sꝫ di-
ligenter aduerte ꝙ oꝫ ꝙ teneant ſiue tangãt ipm
baptizandũ cũ baptizatur vel cũ de fonte leuatur
a ſacerdote ĩmediate:ſi volunt eſſe cõpatres ali
ter ex eo ꝙ extiterint ibi ſolũ non tangẽdo ⁊ re-
ſponderint ꝑ puero abrenũtio:⁊c.ñ eẽnt ꝯpatres
pe.de palu. In aliquibꝰ enĩ locis ſacerdos aquã
effundit baptizãdo:⁊ qui volunt eẽ cõpatres ſpi
rituales tenent baptizandũ. In alijs tenet pueruꝫ
ipſe ſacerdos cũ baptizat qð precipue fit cum fit
baptiſmus per ĩmerſionẽ. Et tunc primo recipi
entes baptizatũ de ſacro fonte a ſacerdote ĩ pan
no vel nudũ ſunt patres ſpuales:vt nõt hug.ĩ de
cretis. ¶ Et ſimiliter per ꝓcuratorẽ nõ poteſt cõ
trahi cõpaternitas quãtum ad cognationẽ ſpua
lem:vt ponit archi.per.l.poſt mortẽ.ff.de adop.
Idem io.an. Si autem aliquis teneat ſiue tãgat
ad baptiſmũ:qꝫuis nihil tñ efficitur patrinꝰ:⁊ cõ
trahitur cognatio ſpualis. Illi autẽ plures qui ſi
mul tenent ad baptiſmũ non ꝓhibentur adinui-
cem contrahere:vt ĩno.ponit. Item nota ꝙ lai-
cus etiam qui baptizauit aliquẽ ſiue in caſu ne-
ceſſitatis ſiue extra:non põt contrahere cũ illa:
quã baptizauit extra comedũ li.vi. Nõt.etiam
tho.ĩ 4.ſ.di.42.q.i.ar.i.ĩ corpe.q.ꝙ ſi mlĩer vl̃
vir baptizet vel tenet ad baptiſmũ filium ꝓpũm
ſi hoc facit in articulo neceſſitatis ſeu per errorẽ
non ĩpeditur exigere vel reddere debitum :ex
eo.c.ſi vir.ſi vero facit per fraudẽ ĩpeditur ab exi
gere:ſed tenetur reddere:ꝙ ſi vterqꝫ fuit vel fecit
in frandem:neuter poteſt exigere ⁊ vterqꝫ tenetr̃
exactus reddere:vt dicit hoſti. Et addit ꝙ meli
us eſſet ſi continerent. Eodem etiã modo ſi vir
tenet aliquem filium vxoris ſue:vel vxor filiuꝫ
mariti ſui ſi ex ignorantia hoc facit excuſatur: ſi
ex malicia non poteſt exigere debitum:idem ri-
car. Credo tamen ꝙ ſuper hoc poſſit epiſcopus
diſpenſare.ſ.quo ad exactionem debiti per ſimi
litudinem de eo qui cognouit conſanguineã vxo
ris:cum quo poteſt epiſcopus diſpẽſare quo ad
debiti exactionem ſecundum pe.de palu.vt. ha-
bes ſupra de impedimento affinitatis ibi vide.
Item nota ꝙ ſi vxor puta iohãna vxor petri te
nuit ad baptiſmum filium berte anteqꝫ commi
ſceretur ſeu contraheret matrimonium cum ip-
ſo petro:ipſa mortua poterit petrus hẽre ĩ vxo
rem ipſam bertam ⁊ ſic ſucceſſiue iſto modo po
teſt quis habere duas commatres in vxores:ſed
ſi petrus cognouit iohãnã anteqꝫ teneret ad ba-
ptiſmum filium berte :ñ poterit poſtea vnqꝫ ber
tam habere in vxoreꝫ. ¶ Item ille qui tenet ad
baptiſmum vel confirmationem filium alicuius
puta petri ex mlĩere ꝯcubina vl̃ vxore alia ſuſce-
ptum qꝫ ex ea:quaꝫ nunc habet in vxorem :nec
efficitur compater iſtius vxoris:quam nunc ha-
bet ipſe petrus. Et idem de filijs vxoris alicuiꝰ
ex alio viro genitis. Item nota ꝙ non baptizatꝰ
qꝫuis alium non debeat tenere ad baptiſmum:
tamen ſi de facto vel in neceſſitate tenet vel le-
uat vel baptizat:non contrahit aliquam cogna-
tionem ſpualem ſm tho.pe.⁊ ricar. Et addit alb.
ꝙ ſi alter coniugum eſt baptizatus:per eum trã
ſit cognatio ad eum qui non eſt baptizatus .
¶ Idem de confirmatione : ſed ſi baptizatus tenꝫ
filium non baptizati bene contrahit compaterni
tatem. Item nota ꝙ nõ debet quis tenere ad ba
ptiſmum vel ad confirmationem fratrem vel ſo
rorem:qꝛ ſufficit inter tales vinculum carnale.
Omnia autem que dicta ſunt de tenente ad bap
tiſmum ſeu de fonte leuante erga ſuſceptum vel
eleuatum ⁊ parentes eius:quo ad contrahendã
cognationem ſpiritualem intelligas ſimiliter de
baptizante erga baptizatuꝫ ⁊ parentes eius quo
ad predictam cognationem. Et omnia que dic-
ta ſunt de baptiſmo qꝫtum ad tenentem ⁊ bapti-
zantem in contrahẽda cognatione ſpirituali cũ
baptizato:intelligas pariformiter in confirmatõ
ne ⁊ tenente ad confirmationem in contrahen-
dam cognationem ſpiritualem cum confirmãte
⁊ parentibus eiꝰ. Et dicit gof.ꝙ iſta cognatio ſpi
ritualis ſicut legalis non habet ramos .vnde ꝑ-
ſonas cum quibus contracte ſunt non egrediun
tur. Nõ igitur ꝙ quicunqꝫ in aliquo iſtorum ĩ-
pedimentorum detentus ſcienter cõtrahit mor
taliter peccat. Et in quatuor ex his ĩpedimentis
eſt excõmunicatus ſcienter ꝯhẽs ĩ illis nec taliſ
dꝫ abſolui nec poſſꝫ niſi ceſſꝫ a tali mr̃imõio ſic

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cōtracto vł petat diſpēſatiōez a papa: vbi pōt ⁊
interim abſtineat ab vſu matrimonij ſic ipediti.
¶ Et nō ꝙ in nullo predictorum decem ⁊ ſep
tem īpedimentorum poteſt diſpenſare aliqs ci/
tra papam:ſed ⁊ ipſe papa in aliquibus horuz ñ
poteſt diſpenſare.ſ.in īpedimento ligaminis cū
ſ.quis eſt alteri alligatus per verba d̄ preſenti. ta
lis eniz non poſſet cum alia contrahere etiaz diſ
penſante papa. ¶ Item in impedimento erroris
perſone ⁊ in īpedimēto violentie vbi nullo mo/
do eſt conſenſus ¶ Et in impedimento coeūdi
omni modo ex frigiditate naturali vel caſtratio
ne vel maleficio vel alia indiſpoſitione proueni
ente:qꝛ in hiꝰ omnibus nullum eſt matrimoniū
non poteſt facere papa vt ſit matrimonium.

¶ De īpedimento coeundi videtur dicere pe.d̄
palu.ꝙ ſit ex ſtatuto eccleſie:qꝛ id non pertinet
ad ſubſtantiā matrimonij. Et inde eſt ꝙ ſi ſciue/
rit alter tale impedimentū ⁊ nihilominus cōtra/
hit eſt verum matrimoniū qd̄ non eſſet:ſi deeēt
aliquid de eſſentia matrimonij. Cum eniz prin/
cipalis finis matrimonij ſit ples:non vitatio for
nicationis:ſi poſſe coire eſſet de ſubſtantia ma/
trimonij:multo magis poſſe generare ⁊ ſic ſeneſ
non poſſent contrahere qd̄ eſt falſum. ¶ De im/
pedimento erroris conditionis, videtur dubiuz
ſm hug. tamen iſtud eſt de ſtatuto eccleſie. Ideꝫ
dicit pe.de palu.ſ.ꝙ eſt de iure poſitiuo quod ēt
videt̄ ſentire ricar.ī.4.di.36. Dicit.n.ꝙ error de
terioris cōditiōis ⁊ ſi ñ tollat cōſenſū ī perſonā:
tamen multū minuit:⁊ quia rōnale eſt:vt decep
tis iura ſubueniant ⁊ maxime quādo ē deceptio
ī re graui:imo naturali equitate ſtatutū ē ꝑſonaꝫ
cōditionis ſeruilis eē illegitimā ad cōtrahēdū
cū ꝑſona liberi:quādiu liberaꝫ eē credit:ipe liber
cōtrahens cū ſerua.ledit̄.n enormiter ī bōis ma
trimoniū. In bono prolis:qꝛ nō habebat eaꝫ in
ſua poteſtate. ¶ In bono fidei:qꝛ nō poterit ita
libere reddere debitū domino occupāte ſeruū.
¶ In bono ſacramenti.i.cohabitationis in ſepa
bilitate:qꝛ dominus poſſet eā vendere.hec ille.
¶ De īpedimento voti ſolēnis ī r̄ligione alber.
⁊ tho.ſecunda ſecunde.q.88.ar.vl.in corpore ar
ti.tenent ꝙ nō poteſt. Hug.car.hoſti.ino.⁊ ricar.
ī.4.tenent ꝙ poteſt ex magna cauſa vt ex refor
matione vnius regni ⁊ hiꝰ. Et Io.ī ſūma confeſ
ſorū dicit de facto vidiſſe talē diſpēſatōnē factā
Hāc etiā opi.ꝙ papa poſſit diſpenſare tenere vi
detur idem tho.in.4.ſ.di 38.q.i.ar.4.q.z.in cor
pore.q. Et io.napo.in quodlibet dicit hanc opi.
eē probabiliorē. ¶ In īpedimento ordinis te/
nent fere oēs ꝙ poteſt:quāuis non conſueuerit.
¶ In īpedimento criminis abſq3 dubio pōt ſm
pe.de palu. ¶ Et in īpedimento ſpūalis vel lega
lis cognationis poteſt ſm pe.de palu. ¶ De īpe/
dimēto etiā qd̄ ē publice honeſtatꝫ iuſticia certū
eſt ꝙ poſſit cū ſit ex conſtitutiōe eccleſie. Unde
pe.de palu.ſic dicit:papa poteſt diſpēſare in om/
nibus gradibus publice honeſtatis iuſticie qui
ſumuntur ſm gradus conſanguinitatis. Et hoc
patet:qꝛ non eſt prohibitum lege naturali nec di
uina.vnde poteſt diſpenſare ꝙ quis contraheꝫ
cum ſponſa vł vxore nō cognita fratris vł pr̄is.

¶ Et nō ꝙ quando aliqui contrahunt matrio/
nium d̄ facto qd̄ d̄ iure nullum ē:ſi poſtea obti/
neāt diſpenſatiōem a papa ſuper īpedimento:nō
propterea ratificatur predictuꝫ matrionīuꝫ quo
ad deū etiā ſi ante diſpēſationeꝫ ſecuta erat co/
pula carnalis:ſed oportet ꝙ de nouo interueniat
mutuus conſēſus interior in alterutruꝫ:⁊ ſi cuꝫ
hoc ſequitur copula carnalis ñ eſt neceſſaria no/
ua expreſſio verborum ⁊ hoc in fauorem matri
monij.hoc videtur dicere ricar.in.4.di.40.ī q̇/
dam ſimili:tutius tñ eſſet ⁊ clarius vt etiā d̄ no
uo fieret ipa expreſſio verborum conſenſū exꝑ/
mentium. Dicit etiam ricar.ꝙ cuꝫ carnalis vſus
mulieris extra matrimoniuꝫ ſit contra ius natu
rale:ideo ibi locum nō habet preſcriptio vt.ſ.ex
hoc ꝙ tenuit aliquā concubinam per.30.annos
facta ſit ei licita talis cōmixtio:ſed ſemper mor/
taliter peccat.ipſum etiā matrimoniū:qꝛ eſt de
iure diuino ⁊ naturali:ideo preſcriptio facere nō
poteſt vt valeat matrimonium qd̄ a principio
fuit nullum:vel ꝙ efficiatur nullū qd̄ a pꝛīcipio
fuit verum:extra de conſan.⁊ affi.c.non debet.
partim in tex.ꝑtim in glo. ¶ Itē nō ſm hoſti.qñ
doc.diſcordāt circa īpedimentum matrimonij:
vbicūq3 doc.per glo.ſuas dicunt ſolui matrimo
nium:ſed non inducunt ius expreſſum.contrari/
um dicenti adhereas:extra de teſti.lꝫ ex quadaꝫ
in fi. Item nō ꝙ cum eccleſia precipit alicui con
iugum cohabitare cum altera:⁊ ille cui precipi
tur ſciat eſſe impedimentum ſm hug.in hoc ca/
ſu quātum ad reddendum debituꝫ non tenet̄ obe
dire:tñ in cohabitatione ⁊ neceſſariorum exhi/
bitiōe obedire debꝫ:⁊ ñ negare ei:cui ſe de fac/
to copulauit. ¶ Itē nō.ꝙ qui audiuit īpedimē/
tū eē īter ſe ⁊ vxorē.ſꝫ guil.ſi audit a fide dignis
⁊ ñ ſuſpectis:cū nō debeat eſſe negligēs ſue ſalu
tis:tenet̄ īquirere veritatē:alꝰ eēt affectata igno
rātia:que ñ excuſat:⁊ ſi cōcipiat ꝓbabilē opinio
nē de dicto alicuiꝰ ñ debꝫ exigere debitū: licꝫ te
neat̄ reddere:ſecus ſi ita īueniret veritatē:ꝙ eēt
īpedimētū īter eos:qd̄ haberet ꝓ cōſtāti: tūc nec
exigere nec reddere deberet. ¶ Porro qui tale
impedimētū audit a viro fidedigno etiam itra/
to aut compatre ſuo aut proprio ſacerdote aut
etiam publica fama:non ita tenetur credere:ꝙ
peccet mortaliter ſi non reddat ſed venialiter.
guiliel.

¶ De impedimentis pluribus non tamen diri/
mentibus matrimoniuꝫ:vt voto ſimplici: ⁊ hu
iuſmodi. ¶ Capitulū.xvi.

**Eſt aliud genus im/**
pedimēti:quod eſt īpediens quideꝫ matrionīū

contrahendum: ſed non dirimens contractū. Et iſtud ē multiplex. Et p̄ quidē ꝯct⁹ clādeſtin⁹ ipi⁹ mr̄imonij ex̄ de mr̄i. cō. cō. īterdictum eccl'ie p̄ totū. ¶ Qui ergo ꝯtrahunt clādeſtine matrimoniū mortaliter peccāt. ¶ Et tale matrimonium dr̄ cōtra īterdictū eccl'ie: q2 ꝯtra prohibitionē eius eſt: vbi nō. ſꝫ pe de pal. ī. 4. q̄ hoc pōt eſſe dupliciter. Uno mō: q2 ꝯtra ſtatutū iuris: vt q2 tribus tēporib⁹ āni īterdictis: de quib⁹ ī. c. ſe. vl' q2 ē clādeſtīa d'ſpōſatō. Prohibet. n. ne mr̄imonia fiāt clā ⁊ ſine bānis: ex̄ de clā. deſpō. cū īhibitio. Ibi dr̄ q̄ cū debet fieri aliqđ mr̄imōiū debēt ī eccl'ia bāna publice p̄ ſacerdotes ꝓpōi: vt īfra cōpetentem terminū: qui ſcit īpedimētū ꝓpōat: ⁊ ſi apparuerit ꝓbabilis cōiectura cōtra copulā futurā īterdicat̄ expreſſe: donec cōſtet q̄d fieri debeat: alias ſi cōtraherēt ſine bānis. vbi. ſ. talia ſeruātur: aut poſt ꝓhibitiōē: ſi extiterit impedimētū: puta gradus ꝓhibitus: tūc filij dicētur illegitimi: nec excuſabūtur ꝓpter ignorātiā parētū: ⁊ ſacerdos qui tales cōiūctiōes inhibere cōtempſerit: vel regularis qui īntereſſet hui⁹mōi punitur: vt patet ī dicta decr̄. ī aliquib⁹ tn̄ locis n̄ fiūt hec bāna: ſed ſolū cōtrahūtur ſpōſalia ſolēniter ⁊ publice multiplicāte matrimoniū: ⁊ īteri pōt manifeſtari: an ſit īpedimētū. vn̄ ī talib⁹ locis ratiōe cōtrarie cōſuetudinis omiſſiōē bannorꝫ puto n̄ eſſe peccatū: ſed vbi ſeruantur eſſet mortale omittere. Alio mō dr̄ matrimoniū cōtra īterdictū eccleſie: q2 ē ꝯtra preceptū hōis miniſtri iuris ⁊ eccleſie. Et iſte miniſter vel eſt parochialis ſacerdos: qui pōt mr̄imoniū diſpēſare: ⁊ ſi nō iudicare. Ipſe enī habet īquirere de īpedimēto ⁊ īhibere. aut eſt officialis epiſcopi n̄ ſacerdos: qui ſolus benedicit nubētes. vel archidiaconus aut abbas hn̄tes hoc ex ꝯſuetudīe vl' priuilegio: vt hn̄t iudicare: ⁊ ſi n̄ diſpenſare: ſi nō ſūt ſacerdotes. aut eſt epiſcopus vl' ſuperior eorꝫ: ⁊ hic hēt iudicare ⁊ diſpēſare: iudicare rōe iuriſdictiōis: diſpēſare rōe ordinis cū cura. ¶ Cōtrahere ḡ ꝯ ꝓhibitiōē eccleſie vel miniſtri eſt mortale: niſi fuerit diſpenſatū ab eo qui pōt. Et ſi quidē facta fuerit īhibitō ab īferiore a papa: vt epō vl' parochiali: q̄uis ſit peccatū: tn̄ ſi n̄ ē aliud impedimētū tenet. Idē ſi a papa facta ē ſimplex inhibitio: q2 nō ꝓpter hoc ānullat̄: ſed ſi hoc ꝓhibuerit d'cernēs irritū ⁊ īane: ſi ſecus factū fuerit tūc mr̄imoniū ē nullū: q2 p̄ hoc reddit eos inhabiles. Plus eſt. n. reddere multos inhabiles q̄ꝫ paucos: ſed ipſe ꝓhibēs matrimoniū per cognationē legalem ſpualē vel carnalem in gradu nō ꝓhibito lege diuina reddit hu⁹ inhabiles ergo ⁊ cetera. hec pe.

**Secūdo votū ſimplex** q̄đ quidē impedit cōtrahendum matrimonium ſed non dirimit contractū: di. 27. per totum, ī textu ⁊ glo. Idem ray. ⁊ tho. in. 4. talis ergo q̄ hn̄s votū ſimplex caſtitatis cōtrahit mortaliter peccat: ⁊ nihilominus adhuc tenet̄ īplere votum: ſi nōdum cognouit vxorem ſuā cū qua contraxit etiam per verba de preſenti: q2 adhuc implere poteſt. ſ. intrando religionē etiam vxore inuita: ⁊ ſic non poterit conſumare matrimoniū abſq3 peccato mortali. Poſtq̄ autem conſumauerit religionem intrare non poterit vxore inuita: ⁊ debitum quidem tenetur reddere vxori petēti ſiū expreſſe ſiue interpretatiue ſm̄ tho. ⁊ ricar. in. 4. Sibi autem petere non licet: alias ſm̄ quoſdam vt ricar. peccat mortaliter quotiens debitū exigit: q2 adhuc poteſt ⁊ d'bet ſeruare votum: q̄tū in ipſo eſt. Et dicit hoſti. q̄ ſi quis habēs tale votum petat ab aliquo conſilium vtrum ſi contraheret teneret matrimonium non debet ſibi reſpondere clare. ſ. q̄ teneat ne ex hoc d'tur ſibi occaſio votum frangendi: ſed in huiuſmodi debemus tales querentes prudenter eludere vt docet origenes. di. 43. in mandatis.

**Tertio ſponſaliciū fac**tum cum altera niſi mutuo partes ſe abſoluant: vel ex altera partium ſit aliquid ex his per que licite ſponſalia poſſunt frangi talis etiā mortaliter peccat.

**Quarto tenere vel ſu**ſcipere aliquem vel aliquam ad cathecismum: qui precedit baptiſmum extra eo. per cathecismi li. vi.

**Quinto quedā crimi**na: vꝫ inceſtus poſt contractum matrimonium cum affinibus commiſſus. 32. q. 7. ſi quis viduam. ⁊ c. concubuiſti. cum. ſ. quis cognoſcit conſāguineam vxoris ſue vel cum cognoſcitur ſi mulier eſt a conſanguineo mariti ſui: ꝓpter hu⁹ inceſtum delinquens amittit ius petendi debitum n̄ ſolum ab vxore vel viro attinenti illi cum quo cōmiſit inceſtum: ſed etiam illa vxore vel viro mortuo ſi contraxit⁹ cum altera perſona q̄đ facē non dꝫ ſine diſpenſatiōe epiſcopi: ab ea exigere non poteſt: vt extra de eo qui cogno. cōſan. vxo. tranſmiſſe. in vtroq3 tamen caſu r̄ddē tenetur ſecundum ricar. in. 4. di. 34. poteſt tamen epiſcop⁹ diſpenſare vt. ſ. talis priuatus iure exigendi poſſit exigere abſq3 peccato ſm̄ pe. de palu. in quarto ſen. ¶ Cognoſcendo autem conſanguineas ꝓprias vel permittendo ſe cognoſci: q̄uis non minus peccet: immo magis non tamen reperitur in iure q̄ priuetur exactio d'biti vel q̄ impediatur a contrahendo. Ricardus etiam hoc dicit. ſ. q̄ inceſtus cū ꝯſanguineis non impedit matrimonium contrahendum nec priuat exactione debiti: ſicut inceſtus cum affinibus. ¶ Item interfectio proprie vxoris. 33. q. 2. admonere. ⁊ c. interfectores. quod intelligit̄ cum occidit vel in vindictam propter adulterium ab ea commiſſum vel quia alias eam exoſam habet ꝓpter aliquē

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

defectum:ꝛ non ꝑꝑ hoc vt contrahat cum alia:
qꝛ tunc dirimētur illud ſequens:ꝛ idē ſꝫm pe.de
muliere ꝗ dat venenū viro vel alio mō occidit
eum. ¶ Itē raptus ſponſe alterius.27.q.2.ſtatu
tum. ¶ Itē ſuſceptio ꝓprij filij de fonte vel ad
cōfirmationē qn̄.ſ.qs hº facit inſidiando matri
monio vt poſſit priuare alterū debito cōiugali:
30.q.i.de eo ¶ Itē interfectio ſacerdotis extra
de pe.ꝛ re.qui ꝑbr̄m. ¶ Itē ſolēnis penitentia
33.q.2.de his. ¶ Itē ſi quis monialē ſciēter ī vxo
rem accipiat.27.q.i.hi qui. Oēs ꝑdictoſ ponunt
caſus ray.alber.tho.ꝛ pe.ꝛ ēt hoſti.ꝑter vltimū
quē ſolus hoſti.addit.lꝫ autē hec ꝛ forte alia im
pediant contrahendō:ſi tn̄ timetur de īcontinētia
oꝫ eis eps cōcedere lr̄iam nubendi:ar.33.q.2.
antiqui.ꝛ c.in adoleſcentia.ex̄ de eo qui cogno.
ↄſan.vxo.ſue.c.ex lr̄is ꝛ ſꝫm qō addit Guil.ſuffi
cit lr̄ia ꝓprij ſacerdotis:imo ꝙ de conſuetudīe
nō ſeruatur iſte rigor petendi lr̄iam. ¶ Ricar.
āt dicit in quarto de interfectore vxoris ꝙ ſi cō
trahit matrimoniū:q̄uis non ſit dirimendū cū
non obſtat aliquod impedimentū:peccat tamē
contrahendo contra eccleſie ſtatutum:niſi prius
fuerit cū eo diſpenſatum. Et idem vr̄ dicendū
de alijs caſibus ſupradictis. ¶ Petrus de pa.in
quarto ponit vtranq̄ꝫ opinionē:ſed declinat ad
ſecundā dicens:ꝙ ſine diſpenſatione non lꝫ ſꝫto
lito in aliquo dictorum criminū contrahere vl̄
debitum petere ſine diſpenſatione:ꝛ qō non niſi
eps diſpenſat nec valet conſuetudo in cōtrariū:
niſi conſtaret ꝙ epi longo tempore hoc ſcienteſ
diſſimularent:alias contrarium faciens peccat
mortaliter.

**Nota ſecundum** pe.ō palu.ī
q̄rto:ꝙ clā
deſtina ōſponſatō vr̄ fieri ſex modis ſꝫ hoſtien.
¶ Primo vꝫ quando fit ſine teſtibus. ¶ Secun
do qn̄ cōueniunt clandeſtine:anteq̄ꝫ recipiāt be
nedictionem nuptialē pro loco ꝛ tempore quo
petere poſſunt. ¶ Tertio quando ſponſalibꝰ nō
ſolutis:ſed ſoluendis ſolum auctoritate iudicis
ſine licentia eius contrahitur aliud matrimoniū
¶ Quarto quando contrahunt matrimoniū an̄
pubertatē ſine iuſta cauſa abſq̄ꝫ lr̄ia epi contra
ꝓhibitionem que fit ō deſpon.impu.c.ij.ꝛ hoc ē
peccatum amicoꝝ qui hoc procurant. ¶ Quin
to contra interdictum ſpale:ſicut alicui interdi
citur ne contrahat cum aliqua ꝑꝑ impedimentū
ꝛ huiuſmodi. ¶ Sexto quando hoc fit omiſſis
bānis quod intelligitur vbi non eſt conſuetudo
in contrarium:ꝛ quocunq̄ꝫ iſtorum modorū cō
trahatur eſt culpa mortalis propter inobedien
tiam eccleſie:ſed in ſex caſibus poteſt iuſte diſpē
ſari. ¶ Primo cum magnatibus:qꝛ eorum ma
trimonia cum magna deliberatione ſolent trac
tari per amicos. ¶ Secundo:quando valde no
bilis ignobilem ducit. ¶ Tertio cum diues pau
perem. ¶ Quarto cum ſenex iuuenem. ¶ Quin
to:cum timent parentes cum iam contraxit.

¶ Sexto:cum diu ſic fuerint ꝛ hoc propter ve
recundiam. Diſpenſat autem in hoc epiſcopus ō
conſuetudine per papam ſcita ꝛ diſſimulando
approbata:alias cum ſit ſtatutum generalis con
cilij ſolus papa diſpenſat.hec petrus.

¶ De impedimento feriarum:quando.ſ.nō poſ
ſunt fieri nuptie. ca.xvij.

**Est aliud genus im**
pedimenti temporalis:ſiue ad tempꝰ ma
trimonij qō habet impedire:ſed n̄ dirimere ma
trimonium:qō dr̄ impedimentum feriarum qō
quidem impedit ſolum celebrationem nuptiaꝝ
ꝛ benedictionem nuptialem ꝛ traductionē vxo
ris in domum. Non autem impedit contractum
matrimonij vel de futuro vel etiam de preſenti:
quod fit ſolo conſenſu per verba expreſſa ſecun
dum ray.ꝛ goſ.ꝛ glo.ſuper.c.capellanus.extra ō
ferijs.niſi repugnaret huic patrie cōſuetudo. ho
ſti.tamen videtur dicere ꝙ nec etiam iſtud licet
ſed primum cōius tenetur. ¶ Pe.de palu.ī q̄r
to dicit contrahere per verba de futuro non ē ꝓ
hibitum:ꝛ licet ſecundum quoſdam nec etiam
per verba de preſenti. Iſtud tamen vltimū nō
videtur:qꝛ iſte contractus non debet fieri clan
deſtine:ſed in facie eccleſie. In facie autem ec
cleſie non videtur faciendum:ſicut nec benedic
tio nuptialis.hec ille. Credo in hoc ſtandum eē
conſuetudini patrie. ¶ Sciendū igitur:ꝙ in his
temporibus non poſſunt nuptie celebrari vꝫ.
Ab aduentu vſq̄ꝫ ad epiphaniā:nec includitur
octaua epiphanie cum de ipſa non ſit expreſſum
in iure. ¶ Itē a ſeptuageſima vſq̄ꝫ ad octauam
paſce incluſiue. ¶ Item a tribus diebꝰ ante aſcē
ſionem vſq̄ꝫ ad octauas penthecoſtes excluden
do tamen ipſam dominicam que eſt octaua dieſ
a penthecoſte:qꝛ ipſum feſtum non habet octa
uam diem:vnde in ipſa poſſunt nuptie celebrari
extra de ferijs capellanus in fine.33.q.4.non oꝫ
ꝛ tribus capitulis ſequentibus.qui autem nupti
as facit in huiuſmodi temporibꝰ:mortaliter pec
cat:qꝛ contra generale ſtatutum eccleſie facit ex̄
ō matrimonio contra. con.interdic.eccleſie per
totum. ¶ Pe.ō palu.ſuper quarto:di.32.dicit ꝙ
celebritas nuptiarum eſt interdicta ab aduentu
vſq̄ꝫ ad octauā epiphanie incluſiue:de alijs duo
bus temporibus concordat cum ſupradictis.
¶ Item de tertio tempore:ſcilicet a triduo ante
aſſenſionem vſq̄ꝫ ad octauā pentecoſtes dicit
ꝙ nuptie ſuſpenduntur vſq̄ꝫ ad feſtum trinitatis
ita tamen ꝙ non a primis veſperis trinitatis lꝫ
contrahere:ſed a principio noctis vel media noc
te:vel ſicut verius puto a mane in antea:ꝛ li
cet ita ſit de iuris ſubtilitate:quia tamen con
ſuetudo eſt optima legum interpres:ideo ſe
quenda eſt terre conſuetudo a prelatis diu ſci
ta ꝛ diſſimulata:ſiue de celebrando nuptias

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in diebus illis extremis ſitue de abſtinendo. Itē
nota ꝙ feſta ſm nouam ꝛ veterē legem a veſpa
vſqꝫ ad veſperā celebrantur:tamen in ſeptuage-
ſima officiū ſibi ꝓꝓꝛ:qḋ abdicat cantica leticie
non incipit ī veſperis:ſed in cōpletorio:qn̄ prio
ītermittitur alleluia. vnde vſqꝫ ad cōpletoriū ex
cluſiue lꝫ contrahere. Sed officium aduētus ꝓ-
prium ꝑfecte incipit a veſperis ſabbati ꝑcedent̄
vnde ex tunc nō lꝫ cōtrahere. in diebus vero vl
timis non ſolū veſpere:imo cōpletorium ſunt ḋ
tp̄e precedente per ſe loquendo:lꝫ ꝑ accidens ſu
perueniente maiori feſto nihil fiat de illo in cō-
pletorio:vel ſolū memoria in veſperis ſicut apḋ
illoſ q faciūt feſtū trinitat̄ ī octaua epiphāie:ꝛ oc
taua paſce n̄ tn̄ ꝓpter hoc lꝫ ī iſta veſpera:ſꝫ ſic
dictum eſt ſupra in talibus eſt conſuetudo ſeruā
da. vnde in multis terris ēt de nocte profunda
in vigilia aduentus ꝛ ſeptuageſime nuptias fa-
ciunt:ſed ſi poſt mediam noctē facerent eēt cor-
ruptela: qꝛ media nocte more romano nox inci
pit vt dicitur. ff. de ferijs. l. more. Vn̄ ſicut nulla
conſuetudo excuſaret celebrare in mane die:ſic
nec poſt mediā noctem:ſed certū eſſet:qꝛ cōtra
ſanctoꝝ patrum canones eſt. ❡ Contrahentes
āt nuptias iſtis tēporibus prohibitis debent pu
niri in quo deliquerunt: vt. ſ. ad tempus ſeparen
tur:ſed ſi ſit piculuꝫ incontinentie alia penitētia
imponatur:ꝛ in iſta diſpenſetur. ¶ Sacerdos āt
qui ḋdit benedictionē hꝰ temporibus graui pe
na lꝫ arbitraria puniendus eſt. ¶ Non aūt eſſet
mortale exigere talibus temporibus ab vxore
prius rite benedicta. Petrus de palude. Item ꝛ
ſi mortale ſit conſumare matrimoniū tali tēpo-
re:tamen poſt primā copulam iteꝝ cognoſcēdo
non peccat mortaliter niſi hoc faceret in contēp
tum eccleſie ordinantis. Petrus de palude.

¶ De ſponſalibus. Ca. xviij.

# Circa cōtractum

matrimonij nota ꝙ matrimoniū ꝑ ini-
tiatur. ſ. per ſponſalia ſiue ꝑ verba de futuro.

# Secundo ratificatur

ꝑ verba de preſenti vel alia ſigna exprimentia
conſenſum.

# Tertio cōſumatur per

carnalem copulam:ꝛ hoc cōiter obſeruatur:non
eſt tamen neceſſarium ꝙ ſponſalia ꝑcedant: qa
abſqꝫ promiſſione facta ḋ futuro poteſt qs ſubi
to contrahere per verba de preſenti. Similiter
etiam ad eſſentiam matrimonij non eſt neceſſa
rium ꝙ ſequatur copula carnalis. Vnde inter ma
riam ꝛ ioſeph dr̄ fuiſſe perfectum matrimoniuꝫ:
quo. ſ. ad eius eſſentiam ꝛ ſi nō quo ad eiꝰ ſigni
ficatiōem cōpletam:cum tamen vterqꝫ remanſe
rit virgo. 27. q. 2. §. cum ergo. qꝛ contraxerant ꝑ
verba de preſenti. Fuerat enim reuelatum vir-
gini marie ꝙ ioſeph nūqꝫ exigeret ab eo debitū:
ſed ſi exegiſſet fuerat diuina auctoritate diſpen-
ſatum vt reddere non teneretur:ꝛ vna ex cauſis
quare fuit virgo maria deſponſata ſm orige. 27
q. 2. inuenta fuit vt partus virginis diabolo cela
retur:qꝛuis enim ꝛ ſi corda hoīum non cognoſ-
cat ꝑ ſe:tn̄ corpora q̊ ad exteriora ſciat:nō tamē
ſcire valuit vtrum ex ioſeph vel ſine viro conce
piſſet:nec ſi virgo peperiſſet vel non virgo:ꝛ hꝰ
qꝛ ꝑꝑ nimiam ſanctitatem virginis non permit
tebat approximare ei vel hoc cognoſcere:ricar.
ī. 4. ſ. di. Nō ergo ꝙ matrimoniū initiatur ꝑ ſpō
ſalia que ſunt futurarum nuptiaꝝ ꝓmiſſio. 30. q.
5. noſtrates. que fiunt multipliciter:aliqn̄. ſ. nuda
ꝓmiſſione vt cum dicit vir accipiam vel ducaꝫ
te in meam vxorē:ꝛ ille reſpondeat accipiam vl
ducam te in virum ꝛ hꝰ. ¶ Item aliqn̄ non ſolū
ꝓmiſſione:ſed etiam appoſitione iuramēti fiunt
ſponſalia. ❡ Item aliqn̄ fiunt datis arris ſponſa
licijs. non pn̄t autem contrahi ſponſalia ex alte-
ra pte tn̄:nec claudicare ſꝫ Guil. Et ſi aliquiſ ac
cipiat manū mulieriſ ꝛ dicat ipſi mulieri do tibi
fidem meam de accipiendo te in vxorem:ꝛ illa
nihil reſpondeat:nec aliquo mō oſtēdit ſe accep
tare non ſunt ſponſalia. ille tn̄ qui taliter ḋdit fi
dem tenetur eaꝫ ducere:ſi illa voluerit: ſi nō vo
luerit non eſt cōpellenda:ꝛ hoc verum niſi oſtē-
derit aliquo modo mulier illa acceptare:qḋ age
batur. vnde ſi ante fidem ſic datam tractabatur
de ſponſalibus vel mr̄imonio īter eos: ꝛ ipſa re
quiſita ſponte manum dedit ad fidem recipien-
dā:ꝛ huiuſmodi:tūc eſſent contracta ſponſalia.
❡ Item ſiquis ante pubertatem contrahit mr̄i
monium per verba de pn̄ti: intelliguntur eē ſpō
ſalia:ꝛ hoc niſi eſſent proximi pubertati: ꝛ mali
cia ſuppleret etatem:qꝛ tūc eſſet matrimonium
extra de pub. ho. in. c. ſi duo. ¶ Itē nō ꝙ poſt ſe
ptēniū ↄtrahi pn̄t ſponſalia de futuro:ex̄ de de-
ſpon. impu. ſi infantes li. vi. ꝛ ex tunc valent. ſi āt
alter vel ambo minor ē ſeptennio:ꝛ contrahunt
ſponſalia ipſi vel parentes pro eis nihil agit̄:ni-
ſi poſtea ratificēt. ſi autē multum appropinqua-
rent ad tempus ſeptēnij:qꝛuis non impleuerit ſe
ptem ānos:tenent ſponſalia ſm Tho. in. 4. ſ. di.
27. q. 2. ar. 2. ad vlt:qꝛ ſm philoſophuꝫ in. 2. phy
ſicorum:quod parū deeſt:quaſi nihil deeſſe vi-
det̄. ¶ Hec autē appropiquatio determināda ē
ſm cōditionē cōtrahentiuꝫ:cū ī qbuſdā citiꝰ ī q-
buſdā tardiꝰ proueniat ītētio ſeu complacentia
nuptiarum Tho. ꝛ Hoſt. tn̄ expreſſe de iure non
habetur:ꝙ tempus ſeptēnij poſſit preueniri. ille
tn̄ qui maior ē ſeptēnio contrahit ſpōſalia cum
minori ſeptēnio:licet non tenuerit ēt ex pte ma-
ioris:qꝛ claudicare non debent:tn̄ qꝛ iuſte ma-
ior fidem dedit:tenetur maior minorē expecta
re ſi forte velit ſtare in codeꝫ ꝓpoſito: alias pec
caret ꝓpter fidem mentitam:ꝛ tenet̄ penitētiaꝫ
agere de fide mētita. ❡ Item īter abſentes pn̄t

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

contrahi ſpōſalia ꝑ nūtiū vel per lr̄as ſiue ꝑ ꝓ-
curatorem ſuper hoc: ſi abſens hoc ſciat: vt quia
miſit nuntiū vel de cōſcientia ſua fit vl̄ poſtea ra
tum h3.32.q.2.honorāt: hoſti. Itē ſi qui an̄ puber
tatem contrahunt matrimoniū ſponſi eſſe intel-
ligantur. Itē nota ꝙ ſi abſens miſit nuntiū vel
ꝓcuratorem ad contrahendū ſponſalia: ⁊ poſtea
reuocat: non ſolum ſi reuocatio perueniat ad ꝓ-
curatorē anteꝗ̄ puella cōſentiat: nihil agitur: ar.
extra de procura. in nr̄a. ⁊ c. mādato. immo etiā
ſi reuocatio ꝑueniat ad ꝓcuratorē poſtꝗ̄ puella
conſenſit: ſi tn̄ ꝓcurator reuocatus fuerat: anteꝗ̄
cōſētire3 puella: nihil eſt actū. hec hoſti. Itē qui
ↄtraxerunt ſponſalia: que tenuerūt: vt q2 ī etate
ꝺbita fuerūt cōtracta tenētur ↄtrahē mr̄imoniū
ſimul: nec pōt alterum eorū3 cōtrahē cū altera
perſona: ſi tn̄ cōtraxerint ꝑ verba de pn̄ti: t3 ſm
mr̄imoniū: extra eo. ſicut. ſed tenetur agere pn̄ia
ꝺ fide mētita: ⁊ multo magis ſi ꝓmo īteruenerit
iuramentū: extra eo. ex lr̄is. ¶ Sed ſiquis iurat
alteri vnam de filiabus ſuis dare in coniugē: nō
nominando aliquā determinate. R̸. hoſti. dare
tenetur: ſed quācunq3 det liberatur: q2 ꝓmiſſoris
eſt electio ſicut ⁊ in alijs ꝓmiſſionibus: de re iu.
c. in alternatiuis. ⁊ ſi oēs moriant̄ ꝑter vnam ad
illam dandam tenetur: ar. ff. e. qō certo loco. l. ij.
ſed ſi vnam ex ipſis offerat ⁊ ille nō acceptet cui
ꝓmiſſum eſt: liberatus ē ꝓmiſſor etia3 a iuramē
to. ff. de cōdi. indebi. cum is. ꝙ ſi vnam ex illis
carnaliter cognouerit: nullā aliam habere pote-
rit ꝑꝑ affinitatē contractā: īmo qō plus eſt ſi cō
templatione ꝑcedentis contractus cōmixtio fa-
cta eſt eēt matrimoniū: extra eo. qui dux. in mr̄i.
ſignificauit. Sed quid ſi quis iurat alteri dare
ſibi vnam ex filiabus ſuis ⁊ determinat quā: ⁊ ſi
illam habere nō poſſit ꝓmittit ſibi aliā. R̸. hoſt
ꝙ tenetur ei dare primā ⁊ ad hoc laborare bōa
fide: extra de ſpon. ad audientiam. ꝙ ſi non pōt
tunc diſtinguendū: q2 ſi prima cōſenſit ſpōſalib⁹
exp̄ſſe vl̄ tacite: vtputa: q2 ipa p̄n̄te ⁊ n̄ contradi
cēte fuerunt cōtracta ſponſalia: vel poſtea ipſa ra
tificante ſororē illius habere nō poteſt: q2 cū ꝑ-
ſona cōtraxit ſponſalia ꝑꝑ īpedimentū publice
honeſtatis iuſticie: vt. d. c. ad audientiam. etiam
ſi illa prima ſponſalia forte ꝑꝑ conſanguinitate3
aliquā cum prima non tenuiſſēt: ſi vero pr̄ia nul
latenus conſenſit ſponſalibus tenetur ei de ſecū
da: extra de ſpon. ex lr̄is. ¶ Sed queritur qd iu-
ris de penis que ponuntur aliquando in ſponſa
libus? R̸° ſm ray. l3 ſponſalia poſſint contrahi
ſub conditione ꝓmiſſe pecunie: non tamē pōt pe
cunia ꝓmitti per modum pene: ⁊ ſi promiſſa fue
rit non tenet promiſſio nec poteſt peti: vt ſi dica
tur niſi tecum contraxero dabo tibi centu3 mar
chas. nam coniugia debent eſſe libera: extra eo.
requiſiuit. ⁊ c. gemma. idem tho. in. 4. di. 27.
¶ Nō tamen ꝙ arre ſponſalicie ab ea parte q̄ cām
preſtat vt nuptie non ſequantur: amittuntur: rece
pte vero reſtituūtur in duplū. C. de ſpon. l. arris

Quinetiam ſi quis vellet ſponſalia firmiter alli-
gare poteſt ſic facere ſm hoſti. ſ. vt det magnam
quātitatē ꝓ arris ⁊ ſtipulet̄ eas in quadruplū:
q2 tn̄ poteſt ſtipulari ⁊ nō amplius: ⁊ tunc ſi ſte
terit per recipientem quominus matrimoniu3
ſequat̄: reſtituet eas in quadruplū. C. eo. l. ſi. ceſ-
ſat tn̄ pena arraꝝ in quibuſdā caſib⁹: vt ſi temp⁹
appoſitu3 lapſū ſit: tūc enim is per quē non ſte-
tit: nubat īpune. Itē ceſſat ſi ſponſus impeditus
fuerit: dū tamen cāz īpedimēti nō prebuerit. ceſ-
ſat ēt ꝓpter cām legibus īterdictā: puta ſi de iu-
re matrimoniū ſequi nō poteſt. C. eo. l. vlt. ¶ No
ta igit̄ ꝙ ſi in ſponſalibus appoſitū eſt tēpus: īfra
quod fieri debeat matrimoniū: ille ꝑ quem non
ſtetit īpune nubit: ſed alij datur penitētia de fide
mētita: extra eo. ſicut. ¶ Nota ꝙ in nouē caſi-
bus ſoluūt̄ ſponſalia de iure ⁊ ſine peccato ſecū
dū ray. ¶ Primus ſi alter ſponſoꝝ tranſeat ad
religionē: quod etiā facere poteſt cōtracto matri
monio de pn̄ti ⁊ nōdū cōſumato etiā altero īui-
to: ⁊ ſic ille qui remanet ī ſeculo ſoluit̄ a ſponſa-
lib⁹ ⁊ etiā a matrimonio. ¶ Secūdus eſt qn̄ ſpō-
ſus nō īuenitur: quia tranſtulit ſe ad aliā regio-
nē: ⁊ ſi terminus ī ſpōſalib⁹ non fuit appoſit⁹ de
contrahēdo: tūc ſ3 leges pn̄s nō tenet̄ expecta-
re abſentē: niſi per bieniū tn̄ ſ3 hoſti. iudex pote
rit prolōgare vel abbreuiare tp̄s īſpecta qualita
te perſonaꝝ. ¶ Tertius eſt ſi alter ſponſoꝝ poſt
cōtracta ſponſalia incurrat leprā vel paraliſim:
amittat oculū vel naſu3: ſeu quicꝗ̄ ei turpi⁹ eue
niat: extra de cōiu. lepro. c. vlt. extra de iureiurā.
c. queādmodū. vbi īuit̄ ꝙ ſi etiā iurauit nō te-
netur. ¶ Quartus ſi ſuperuenit affinitas: puta q2
ſpōſus cognouit cōſanguineam ſpōſe vel econ-
uerſo. 27. q. 2. quidā de ſpon. Et ad hoc ꝓbādu3
ſufficit ſola fama: ⁊ ſ3 hoſti. ſufficit vnus teſtis.
¶ Quītus ſi mutuo ſe abſoluant: ſicut qui ſocie
tatem fide īterpoſita cōtrahūt: ⁊ poſtea ſibi ea3
remittūt extra eo. preterea. ⁊ hoc ſ3 ray. goff. al-
ber. tho. pe. ⁊ ricar. ¶ Sextus ſi alter eoꝝ fuerit
fornicatus poſt ſponſalia: in quo caſu licet alteri
repellere fornicātem: extra de iureiuran. queād-
modū. ⁊ hoc de fornicatione carnali: ⁊ mltoma
gis de ſpirituali. ſ. hereſi vel infidelitate. Pro fō
nicatione vero non voluntarie cōmiſſa: puta ſi
ſponſa violenter ab alio cognita fuit ſ3 hoſti. nō
debet repelli ſponſa: vir etiam cogi nō debet du
cere talem: ſed pro fornicatione commiſſa ante
ſponſalia non debet dimitti ſponſa: niſi ſm hug.
ſi tempore deſponſationis credebat eam eē vir
ginem: ⁊ poſtea conſtitit eſſe corruptam anteꝗ̄
haberet per verba de preſenti. ¶ Septimus qn̄
ſponſus vel ſponſa contrahit cum altero viro ꝑ
verba de preſenti vel etiam per verba de futu-
ro: ⁊ ſequitur carnalis copula: peccauit talis ta-
men mortaliter: qui fidem fregit. ſi autem cōtra
hit cum vno vel vna ſponſalia de futuro ſine in
terpoſitione iuramenti: ⁊ cum ſecunda ſimiliter
de futuro ſed cum iuramento: debet remanere



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum prima ſm ray. ⁊ hoſti. ⁊ ricar. in. 4. 22. q. 4. i
malis ꝓmiſſis. ⁊ peccauit tamē mortaliter cum
ſecunda contrahendo. ¶ Octauus quando impu/
bes qui contrahit ſponſalia venit ad etatē adul
tam: ⁊ petijt abſolui a vinculo ſponſalium ⁊ dari
ſibi licentiam nubendi: extra de deſpon. impub.
de illis. Oēs predictos caſus ponit ray. ⁊ hoſtiē.
¶ Nonus ſm hoſti. ſi fama habeat ꝙ inter eos
ſit aliqḋ impedimentum: ⁊ de fama doceatur: ex
de re iu. intra. ¶ Addit ricar. in. 4. p̄dictis caſib⁹
decimum ſm quoſdā. ſ. cū ſponſalibus ſuperue
nit votum ſimplex continentie. ¶ Sed vtrū te
neant ſponſalia iuramento firmata per metum
facta qui cadit in conſtantē virum: dubiū eſt
propter iuramentū additū. ⁊ ricar. in. 4. ſup hoc
ponit duplicem opinionē. Aliqui enī dicunt: ꝙ
predicta ſponſalia non tenēt ipſo iure nec in foro
exteriori: nec in foro conſcientie: q̄ꝛ nec de⁹, nec
eccleſia tale iuramentū voluerunt eſſe obligato
rium reſpectu eoꝝ in quibus maxie requiritur
libertas: de quoꝝ numero eſt contractus ſponſa
liū ⁊ in religione profeſſi. 15. q. i. non eſt. Alij vo
dicūt ꝙ talia ſponſalia tenent ⁊ obligant contra
hentem in foro conſcientie: q̄uis in foro exterio
ri non reputetur obligatus: eo ꝙ eccleſia preſu/
meret conſenſum interiorē non affuiſſe: ⁊ rō eſt
ſm eos: q̄ꝛ qui per iuramentū ꝓmiſit ſe aliquā
ducturum in vxorē: ſi qḋ iurauit non iplet perin
rat: ad qḋ ſequitur: ꝙ mortaliter peccat: ſed gli
bet obligatur ad vitandū mortale peccatū ergo
⁊c. hec ille. Tutior via eſſet vt peteretur, a ſupio/
ri diſpenſatio a tali iuramento. pe. guil. ⁊ hug.
¶ Et notandum ꝙ in tribus predictis caſibus
ſoluuntur ſponſalia ipſo iure. ſ. quando trāſit ad
religionē alter: ⁊ quando contrahit cū alia per
verba de preſenti ⁊ per fornicationē ſi eſt noto/
rium. In ceteris vero caſibus ſoluenda ſūt auc/
toritate epiſcopi: ar. extra de deſpon. ipu. acceſſit
ſm hoſti. Et hoc vltimū intelligit: ricar. in. 4. qñ
ipſa ſponſalia ſunt celebrata in facie eccleſie vel
coram teſtibus. nā ſi omnino eſſent clandeſtina:
etiā ſine iudicio eccleſie pñt diſſolui in dictiſ ca
ſib⁹. ¶ Itē nota ꝙ ſponſalia pñt contrahi ſcōm
ricar. in. 4. ſex modis.

**Primo modo** ꝓmiſſione cū di/
cit vir accipiā te
in meā ⁊ mulier accipiam te in meū. ¶ Secun/
do datis arris ſponſalicijs vt pecunia iocalibus
⁊ hm⁹: ⁊ ſi ex defectu vnius frangunē ſponſalicia
ſine defectu alterius: ille qui cōmiſit defectū frā
gendo fidem perdit arras: ſi dedit: ⁊ reſtituit du
plicatas ſi recepit. ¶ Tertio anuli ſubarratione:
alicubi tamē datur anulus quando contrahitur
per verba de pñti ⁊ tunc non ſunt ſponſalia: ſed
perfectum matrimonium. ¶ Quarto quando ꝓ
miſſio de contrahendo matrimonio firmatē iu/
ramento. ¶ Quīto quando datur fides ab alter
utro qḋ pertinere videtur ad iuramentum. Et
vtrum ſponſalia iuramento vallata facta ꝑ me/
tum qui cadit in conſtantē virum teneāt ⁊ obli
gent: ponit idem ricar. in. 4. di. 29. duplicem opi.
vt ſupra dictū eſt. Quidam dicūt ꝙ obligāt in
foro conſcie non in foro eccleſie. Alij ꝙ nec i fo
ro eccleſie nec conſcie. ponit rationes ⁊ reſpōſio
nes ꝑ vtraqꝫ parte. ¶ Sexto fiunt ſponſalia ſub
conditione: vbi nō ꝙ cum ſponſalia fiunt ſub cō
ditione: ſi conditio eſt honeſta vel vtilis: vt cum
dr̄ accipiam te ſi parentibus placet vel ſi dabis
centum: exñte conditione tunc ſtat ꝓmiſſum fir
mum. Si vero conditio ſit inhoneſta ⁊ cōtraria
bonis matrimonij: vt accipiam te ſi venena ſteri
litatis ꝓcuras: tunc ſponſalia non cōtrahuntur:
ſi furtis meis conſentias: tunc extat promiſſio:
ſed tollenda eſt conditio ſm tho. ⁊ ricar. in. 4. ¶
Utrum āt votum ſimplex ipediat ſponſalia: hen
ricus Boych ſuper. c. rurſus: extra qui cle. vel
vo. circa hoc primo dat duas regulas quarū pri
ma eſt. ¶ Quotiens contrahuntur duo vincula
equalis potentie incōpoſſibilia: primū preiudi/
cat ſecundo. ¶ Secunda regula eſt. Si duo vi/
cula diſparis potentie incōpoſſibilia cōtrahunē
fortius repellit minus forte: vt probatur extra ð
ſpon. ſi inter. Cum ergo queritur an votum ſim
plex diſſoluat ſponſalia de futuro diſtingue: qa
aut votum ſimplex precedit ſponſalia ipſa aut ſe
quitur. ſi precedit votū ſponſalia tunc impedit
⁊ dirimit etiam ſponſalia de futuro iurata: vt in
iſto. c. rurſus. q̄ꝛ hoc caſu iuramentum eſt illici/
tum: cum iuret facere contra id qḋ vouerat. vn/
de non ſeruandum. 22. q. 4. inter cetera. ſicut ali/
as in ſponſalibus priora ſponſalia ſunt conſumā
da: vt de ſpon. ſicut ex litteris. qḋ eſt verum etiā
ſi in primis non interuenerit iuramentum ⁊ i ſe
cundis interuenerit ſm ino. hoſti. abb. ⁊ io. an.
¶ Aut ſponſalia precedūt votum ſimplex: ⁊ tūc
votum non impedit vel dirimit ſponſalia: ſꝫ eo
caſu cogi debet vel votum ſolēnizare. ſ. profiten
do in religione: ⁊ ſic eſſent ſoluta ſpōſalia vl̄ ſpō
ſalia profiteri ideſt contrahere matrimoniū: vt
de conuerſione coniugatorum ex parte ſecun/
dum inno. ⁊ hoſti. ¶ Adde q̄ꝛ hoc videtur intel
ligendum quando alter coniugum hoc petit. ſ.
illum cogi. nam ſi vellet votum implere etiam i
ſeculo remanendo ideſt cōtinere: ⁊ mutuo ſe vo
luntarie abſoluerent ab obligatione ſponſalium
auctoritate eccleſie fieri poteſt: qinimo cum ad
huc poſſit votum ſuum implere etiam ſi alter ñ
abſoluit a talibus ſponſalibus: q̄ꝛ poteſt religio/
nem intrare tenet votum quo ad deum: ⁊ hoc ſi
votum eſſet fortius vinculum q̄ꝫ iuramentum
vel ꝓmiſſio ſponſaliū vt videtur: ſed vt in direc
torio iuris dicitur ſecundum inno. hoſti. ⁊ goff.
videntur eſſe vincula equaliſ potentie: ⁊ ideo di
cunt ꝙ primum preualet ſicut prima ſponſalia
preualent ſecundis nuptijs: ⁊ prima ſunt conſu/
manda non ſecunda. ſic in ſpōſalibus ⁊ voto ſim
plici melius eſſet conſeruare votum: q̄ꝫ conſuma
re ſponſalia: ſed hoc ñ niſi ꝑ ꝓfeſſionē i religiōe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Qđ etiam dictum eſt in primo caſu.ſ.ꝙ votū
precedens ſponſalia impedit ⁊ dirimit:intelligit
quo ad deum:qꝛ talis non poteſt licite contrahe
re:⁊ ſi contrahit etiā matrimoniū per verba de
preſenti non poteſt licite cōſumare ipſum:ſed te
netur religionē intrare:ſi tñ de facto cōtrahat tē
matrimoniū. De voto ſolēni quō īpediat vł diri
mat dictum eſt ſupra:⁊ de contracto per verba
de preſenti:quō poſſit diſſolui etiam ibi. Item
nota ꝙ ille qui contraxit ſponſalia ſi vult recede
re ab eis extra caſus predictos debet moneri p̄/
us ad obſeruanđ:extra eo requiſiuit. tandē pōt
cogi ꝑ cenſurā:extra eo.ex litteris.tamen cogen
dus non eſt:vbi ꝓbabiliter timetur difficilis exi
tus:puta vxoricidium ⁊ hꝰ vt in.d.c.requiſiuit.
peccat tñ mortaliter ſm tho. recedens ab ipſis
etiā ſi non cogatur per eccleſiam.

¶ De contractu mrimonij de pñti. ca.19.

Matrimonium rati/
ficatur ſiue contrahitur per verba de p̄/
ſenti exprimentia mutuū conſenſum vel etiā per
lr̃as abſentiū ſignificans mutuum conſenſum:
vel per alia ſigna manifeſta in illis qui non pñt
loqui vel audire. ¶ Requiritur ergo primo et
principaliter cōſenſus animi ſeu ītētio ꝯtrahēdi
ex vtraqꝫ parte. vnde ſi aliquis contrahit ſponſa
lia:vel etiam contahit per verba đ pñti:nō hñs
intentionem ꝯtrahendi:ſed extorquēdi carnalē
copulam:⁊ ſic cognoſcit illam:ꝗuis p̄ſumi debe
at ꝓ matrimonio:vt extra de ſpon.tua.⁊ ita iudi
caretur in foro iudiciali:eccleſia etiam ſi de ver/
bis illorum contrahentium conſtiterit compel/
let illum ſtare cum illa:cum de intentione ipſi ec
cleſie conſtare non poſſit. vnde non crederetur
eis etiam ſi ambo dicerent ſe ñ intendiſſe cōtra
here:qꝛ quilibꝫ ſic poſſet dicē ⁊ ſic dimittē vxo
rem ad placitum:⁊ hoc niſi ſignis euidentibꝰ ap
pareat ſe illos non intēdiſſe:ſed ſimulaſſe tūc. n.
iudicabit non eſſe matrimoniū:alias verbis eo
rum ſtabit vt dictū ē:quaſi vere ⁊ cum intentio
ne dicta ſint. ī foro tamē penitētie ſi ille q ſic cō
traxit ſimulate nō ꝓpoſuit eam ducere:nec vnqꝫ
conſenſit in eam non debet ex illo facto iudicari
matrimonium cōtraxiſſe:qm̃ ex altera parte do
lus affuit ⁊ defuit omnino cōſenſus :ſine quo ne
queunt fedus efficere coniugale: vt in.d. c.tua.
idem pe.tho.⁊ alber. Et addunt ꝙ illa ex pte cu
ius non eſt dolus excuſatur a peccato:ſed decep
tor:ſi veram vult facere pñiam neceſſe habet il/
lam ſine fictione ducere quantū in eo eſt: vł da
re ſibi virū cōuenientē aut aliter ſatiſfacere. Ad
dit tamē tho.ꝙ ad hoc tenetur ſi vir ſit equalis
ꝯditionis cū illa.nā ſi ſit mł'tū melioris ꝯditiōis
ꝗ̄ illa:vel ſi aliud ſignū euidens fraudiſ apparu
it:poteſt ꝓbabiliter preſumi ꝙ ſponſa nō fuit de
cepta:ſed ſe decipi finxerit :⁊ tunc nō tenetur ad
predicta ſecundum quoſdam. ¶ Itē nō. ſecunđ
ricar.in.4.ꝙ cum quis cognoſcit eam cum qua
contraxit ſolū per verba de futuro :ꝗuis ſit ibi
matrimonium preſūptum ſecundum iudicium
eccleſie:tamē ſecundum iudiciū dei non eſt ibi
matrimonium:qꝛ matrimoniū ſecundum rei ve
ritatē ſine reali conſenſu de preſenti contrahi nō
poteſt. vnde ſi talis contraheret cum alia ꝑ v̄ba
de preſenti cum ipſa ſecunda remanere debet:⁊
lꝫ eccleſia iudicaret pro primo ⁊ cogeret ſecūdā
dimittere ⁊ ad primam redire:ipſe tamen q ſcit
factum ſuū nullo modo debet dimittere ſcđā
⁊ ſtare cum prima :qꝛ adulterium cōmitteret :⁊
potius debet pati excōicationem. Et lꝫ prelatus
eccleſie non peccet in iudicando ſic:qꝛ iudicare
habet ſecundum ꝓbationes exteriores:iſte etiā
non peccabit pro illo tempore quo abſtinet a di
uinis ⁊ ſacramentis propter talem excōicationē
¶ Quia ergo conſenſus animi principaliter req
ritur in matrimonio hīc eſt ꝙ furioſus vel īſanuſ
dicendo verba exprimētia cōſenſū matrimonij
non ꝑꝑ hoc cōtrahit:qꝛ.ſ.talis cōſentire nō pōt.
32.q.2.nec furioſus.qđ intelligenđ eſt dū eſt ī fu
rore. ¶ Nā ſi hēat lucida īterualla tūc cōtraherē
poteſt.tho.⁊ rica. Itē ebrius ſi ita ebrius eſt ꝙ
neſcit quid agat:non pōt cōtrahere.niſi qđ fecit
in ebrietate poſtea ratū hēret:ſed ſi nō auferat
vſus rōnis ꝑꝑ ebrietatē cōtrahere pōt.tho.⁊ ri/
car.in.4. ¶ Itē inter abſentes nō poteſt cōtrahi
niſi ꝑ lr̃as exprimentes conſenſū vel ꝑ ꝓcurato/
rem:qui ſup hoc hēat ſpale mandatū:nec poteſt
aliū ſubſtituere:niſi ſit ei ſpaliter cōmiſſū: q pro
curator ſi fuerit reuocatus anqꝫ cōtractū non tꝫ
matrimoniū poſtea cōtractū per ipſum ꝓcurato
rem:ꝗuis ignorauerat reuocationē :ex̄ de ꝓcu.
ꝓcurator li.6.hoſti. Cum āt matrimoniū īter ab
ſentes contrahitur per lr̃as ſolū:dicit ray.ſi illa
vel ille cui mittūtur lr̃e nulli exprimit cōſenſum
ſuum:credo ſine preiudicio ꝗ̄tūcunqꝫ conſenti/
at:non eſt matrimonium:ſed bene demum erit:
qñ notificauerit ſiue ſignificādo illi qui miſit lit
teras ſiue alij dicendo. ¶ Item ante quartūde/
cimum annum maſculus:⁊ ante.12.femina con/
trahere non poteſt:extra de deſpon.impu. pube/
res.⁊ ſi ante contrahunt non eſt matrimoniū: ſꝫ
erunt ſponſalia:niſi eſſent proximi pubertati: ⁊
ita ꝙ malicia ſuppleret etatem :extra de deſpō.
impube.de illis. ¶ Dicit āt pe.de palu.ꝙ ſi nō di
ſtent pluſqꝫ per ſex menſes vel malicia ſuppleat
etatē:⁊ poſſint carnaliter cōmiſceri tenetꝫ matri
monium contractū:extra de deſpon.impu.c.pu
beres. Ray.āt dicit:ꝙ nō debet diſtare a puber
tate vltra ſex menſes:licet alia concurrant:ar.ex̄
de deſpon.impu.continebatur:qđ dicunt pleriqꝫ
doc.hoc verum:niſi eſſent carnaliter copulati:
tunc enim credo tutiuſ dicit iohan.in ſumma cō
feſſo.pro matrimonio iudicandum:etiam ſi vl/
tra ſex menſes a legitima etate diſtarent:exem/
plum extra de deſpon.impu.c.a nobis. Concor.

inno.in glo.ſuper.c.continebatur. Sed albert. i
quarto ſic dicit. Mibi videtur de diſtantia poti
us in plus ⁊ minus:q̄ determinandū ſit ſ3 diuer
ſam diſpoſitionem mēbrorum ⁊ ſagacitatis:qa
ego vidi puellam de qua cōmuniter perhibeba
tur:ꝙ erat nouem ānorum que concepit ⁊ pepit
cū decimum implere inceperit. Et philoſophi di
cunt ꝙ quidam naſcuntur dentati lanuginoſi ⁊
piloſi in genitalibus qui citius alijs ſunt apti ad
coitum.⁊ puto ꝙ variantur hec in locis calidis ⁊
frigidis:ſicut ⁊ ipſa impregnatio ⁊ corporis icre
mentum. Hoſ.dicit:ꝙ per aſpectum corporis ⁊
eius qualitatem pubertas probari debet:⁊ quā
to tempore āni determinati preueniri poſſint:di
cit arbitrio iudicis relinquendum:vt ipſe quali/
tatem perſone prudentiam ⁊ maliciā metiatur.
nam ⁊ pubertas plerūq3 annos anticipat ⁊ potē
tia coeundi:extra eo.puberes.⁊.c.a nobis. hoſti.
vero dicit ꝙ nunq̄3 dicitur potens niſi ꝓbetur p
euidentiam:quātūcunq3 ſit ꝓximus pubertati.
vnde non poteſt preueniri tempus duodeci3 an
norum in femina ⁊ quatuordecim in viro: niſi
forte dies adimendo. ¶ Et qꝛ ſm quod requiri
tur in matrimonio contrahēdo eſt expreſſio cō
ſenſus per verba vel per equipollentia:ideo nō
ꝙ ſi in ipſa expreſſione verborum ponatur pac
tum vel conditio contra ſubſtantia3 ⁊ bona ma/
trimoni:nil agitur: vt ſi dicat aliquis. Contrabo
tecum ſiue accipio te in meam vxorem ſi gene/
rationem ꝓlis euites:vel donec inueniam aliam
digniorem: vel ſi pro queſtu te adulterandam
tradas.

**Nam prima** conditio eſt contra
bonum matrimonij
qd̄ dicitur ꝓles.

**Secunda** conditio contra ſm bonū
matrimonij:qd̄ dicitur ſa
cramentum.

**Tertia conditio eſt con**
tra tertium bonū matrimonij:qd̄ dicitur fides.
Iſta tria.ſ.fidem:ꝓlē:⁊ ſacrm̄ ponit aug⁹ eſſe bo
na matrimonij.27.q.2.c.omne.⁊ in ꝓle intelligr̄
vt amanter ſuſcipiatur ⁊ religioſe educetur in fi
de:ne cum alia vel alio miſceatur in ſacramēto
vt matrimonium poſtq̄3 conſumatum fuerit:nō
ſepetur vſq3 ad mortem:l3 quo ad actum poſſit
ſepari vel ex cōi conſenſu vel propter fornicatō
nem. Quādo ergo aliqua conditio ponitur con/
tra aliqd̄ predictorum non t3 matrimoniū: extra d̄
condi.appo.c.ſi.ſed ſi contrahens intēdat nō ſer
uare fidem:ſed adulterari:nihilominuſ t3:ſi hoc
non ducatur in pactum. Similiter intentio ꝓ/
lem vitandi maxime ſi ducatur in pactū ſm pe.
excludit matrimoniū:ſed intentio non educādi
ꝓlem non excludit:nec etiam deſpatio prolis.
Item intentio nūq̄3 exigendi debitum ſm Guil.
non viciat cōtractum:imo etiam intentio negan
di:dūmodo non ducatur in pactū. ¶ Item intē/
tio ducendi aliam vxorem:dimiſſa illa cu3 qua
cōtrahit vitiat contractum:ſed ipſa retenta ten3
matrimonium. Si āt in expſſione verborum pona
tur conditio inhoneſta vel impoſſibilis: non tn̄
contra bona matrimonij:tenet matrimonium:⁊
illa ꝯditio habet̄ ꝓ nō adiecta:extra de cōditō.
appo.c.ſi.

**Pro maiori declaratō**
ne eius:quod dictum eſt de expreſſione cōſēſus
per exteriora ſigna:dicit pe.in.4.di.27.ꝙ n̄ ſuf/
ficit actus interior ad eē ſacri:ſed requiritur ſi/
gnum exterius expſſum:⁊ q̄uis iſta expſſio con
uenientius fiat per verba:poteſt tamen fieri ⁊ p
alium modū precipue in matrimonio:vt p lr̄as
abſentium:vel per euidentia ſigna pn̄tiū non va
lentium loqui:vt mutorum vel etiam loquētium:
vt dicetur. Idem tho. ⁊ innoc. Dicit idem.petr.
29.di.ꝙ in his qui ſunt ſui iuris.requiritur cōſē/
ſus per eos expſſus:ſed in his qui ſunt iuris alie
ni:vt in filijsfa.ſufficit tacitus cū expſſione coru3
in quorum ſunt ptāte:vt patet.32.q.2.honorant̄
idem tho.⁊ inno.⁊ Guil.qui etiam ponit talem
caſum ſeu.q. ¶ Quid ſi vir dicat mulieri accipio
te in meam vxore3:⁊ illa nihil reſpondeat? dico
ꝙ ſi mulier conſentiat animo:ſed ex verecundia
taceat:permittit tamen ſe ſubarrari per annuli i/
miſſionem voluntarie vel dotari:ipſa taciturni/
tate ⁊ patientia conſenſus eius exprimitur: ⁊ ſi
lingua taceat vt nō.h.27.q.2.c.vl. Verba enim
in matrimonio non ſunt ita de ſubſtantia ſacri:
vt i baptiſmo ⁊ euchariſtia:ſed verba ⁊ nut⁹ vel
alia indicia ſunt neceſſaria ad hoc:vt conſtet ec
cleſie de conſenſu matrimoniali. Concor.tho.di
cens in hi⁹ caſu:ꝙ ſufficit ꝙ nō contradicat:ſi āt
nulla eſſent indicia de conſenſu eius:niſi ꝙ alter
protulit verba:non credo ait Guil. preſumendū
pro matrimonio.hoſti.etiam in ſūma ⁊ in glo.ꝙ
verba requiruntur:vt probetur cōſenſus :que ſi
deficiant ſufficere debent ſigna:etiam in loquē/
te. Unde ⁊ ſi ſcribat voluntatē ſuam ſine verbis
etiam ſufficit. Item nō ſm guil.ꝙ cum quis ꝓte
ſtatur coram pluribus:ꝙ quicquid faciet vel di
cet non faciet animo contrahendi:⁊ poſtea cōtra
hat cum illa dicens. Conſentio in te:⁊ hi⁹ ſi hoc
cōſtat iudici.ſ.iudicialiter iudicabit pro matrio/
nio:qꝛ recurrendum eſt ad cōmunem intelligen
tiam verborum. Et interpretatio eſt faciēda cō
tra eum qui dolum adhibuit:⁊ q̄uis proteſtatō
nē probet:potuit tamē poſtea recedere ab ea ⁊
conſentire in illam. ¶ Eſt autem effectus matri
monij contracti per verba de preſēti inter fide/
les multiplex ſm ray. In primis quidem:qꝛ ma
ritus non poteſt dimittere vxorem nec vxor vi/
rum ſiue efficiatur cecus vel leproſus vel hereti
cus.32.q.5.horrendus.niſi tantum cā fornicatio
nis:⁊ tunc ſi dimittat maneat ſine coniuge vł re
concilietur ei.32.q.3.dixit.⁊ in alijs .c. poteſt tn̄
alter eorum ante conſumationē matrimonij in/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

trare religionẽ altero inuito: ꝛ ille qui remanet ĩ ſeculo: neceſſe habet illum expectare vſqꝫ ad ꝓfeſſionem: poſtea ſolutus eſt. nam ſi ille reuertet̃ ad ſeculum ante ꝓfeſſionẽ: durat matrimoniũ: ꝛ ſi remanens in ſeculo contraxiſſet cum alia pſona ꝛ ẽt conſumaſſet matrimoniũ: cogetur illũ dimittere ꝛ ſuſcipere egreſſum de religione. ſi ãt talis pollueret vxorẽ extra clauſtra pudoris: ñ impeditur per hoc ab ingreſſu religionis: qꝛ nõ conſumauit per hoc matrimoniũ ſꝫ archidi. Si vero vxorem volentem ingredi religionem vl' iam ingreſſã: ſed nouitiam cũ qua contraxerat per verba de preſenti cognouit etiam per violẽtiam: tunc non poteſt ingredi religionem vl' remanere: ſi iam intrauit contra voluntatem alterius coniugis ſm ricar. ꝛ hoſti.

## Secundus effectus eſt

ꝙ mulier poteſtatẽ ſui corporis nõ hꝫ: ſed vir ꝛ econuerſo. i. cor. 7. Unde non põt continentiam vouere altero inuito. 33. q. 5. per totum. qđ videt̃ intelligendum quantũ ad redditionẽ debiti: ſecus quo ad exactionẽ. Itẽ qꝛ cõpellendus ẽ reddere debitum vxori: lꝫ nũqꝫ cognouerit eam: ꝛ econuerſo non obſtante ſuperueniente affinitate extra de eo qui cogno conſan. vxo. ſue. c. diſcretioni. Ille tamẽ coniunx qui ẽ inocens admonẽdus eſt vt contineat. qđ ſi nolit: tunc nocens tenetur ei debitũ penitus reddere: ſed exigere nũqꝫ debet niſi ſecum diſpenſetur: ꝛ poteſt in hoc diſpenſare eps̃ ſm pe. đ palu. Quod ſi dicatur alter velle ingredi religionem arbitrio iudicis: puta epi aſſignabitur conueniens tẽpus: infra quod aut ĩtret aut ꝯſumet matrimoniũ: alias excõicabitur: ꝛ tali caſu ñ obediẽdo eccleſie peccat mortaliter: nec ſufficeret ꝙ intret aliqđ heremitorũ vel ſumeret tertium: habitum ordinis predicatorum vel minorum: ſed oꝫ ꝙ intret in vnam de religionibus approbatis ꝛ obligantibus ad tria vota.

## Tertius effectus ẽ

ꝙ vnus coniugũ non poteſt orare ſine conſenſu alterius: qđ intelligitur orationem tam longã ꝙ eſſet impeditiua debiti coniugalis. 33. q. 2. quos deus. ſecus de oratiõe ſolẽni: vt miſſe tẽpore a canonibus diffinito: de ꝯſe. di. 2. oĩs. ¶ De matrimonio contracto ſub conditione certo modo vel cauſa: qñ teneat vel non videndũ eſt. Sciendũ igitur ſꝫ guil. ꝙ queẽadmodũ alij contractus qui non fiũt abſolute ꝛ libere: poſſunt eẽ aliqñ ſub conditione vt dono vel vendo tibi hoc: ſi feceris hoc vel ſi hoc fuerit. item poſſunt eẽ ſub modo: vt ſi dicat̃ dono vel vendo vt facias hoc vel illud: aliogn reuocetur: qđ donaui ꝛc. item poſſunt eẽ cũ appoſitione cauſe: vt ſi dicatur dono vel vendo: qꝛ hoc eſt vel fuit. ꝛ conditio quidem fit per ſi: modus per vt: cã per qꝛ. Sic etiã ꝛ matrimonium qñqꝫ abſolute qñqꝫ ſub modo vel cõditione fieri vel cõtrahi poteſt. Quãdo ergo matrimoniũ contrahitur ſub certo modo: tunc ſm pe. de pal. in. 4. ſi modus eſt contrarius matrimonio: viciat contractum: vt ſi dico accipio vel accipiã te: ſi ꝓcures venena ſterilitatis ꝛ hmõ: ſed ſi poſt contractum apponitur talis modus per pactũ quãtũcunqꝫ incontinenti: tunc non viciat matrimonium ꝓcedens quãtũcunqꝫ ſit contra eius ſubſtantiam: qꝛ eodem momento quo verba cõplẽtur a deo coniungit̃ ꝛ perficitur: vt ſi ſtatim poſt matrimoniũ contractũ dicat vnus: volo ꝙ ꝓcures venena ſterilitatis: alias non fit matrimoniũ ꝛ alius conſentit: nihil valet pactum ꝛ nihilominus tenet matrimonium. Si vero modus nõ cõtrarietur matrimonio: tũc ãt eſt ĩpoſſibilis: vt ſi dico accipio vel accipiã te vt celebres miſſaſ vl' celũ digito tãgas: ꝛ tũc hẽt̃ ꝓ ñ adiecto: ꝛ pure ꝛ ſimpliciter tꝫ contractus in foro exteriori: ſꝫ ĩ foro cõſcie nõ tꝫ: ſi non intẽderet in hoc ꝯſentire. Aut modus qui exprimitur ẽ neceſſarius: vt ſi dicaꝫ accipio te: vt moriaris vel aliud hmõ: ꝛ tũc habetur pro ĩpleto. Aut ẽ poſſibilis: ꝛ tunc ſi inhoneſtus ẽ nõ tñ cõtrarius matrimonio: hẽtur ꝓ nõ adiecto: ꝛ tꝫ matrimoniũ: ſicut in legatis vt accipio te: vt furtum facias. Si poſſibilis ꝛ honeſtus tunc nõ ſuſpendit obligationẽ: qꝛ natura medij ẽ: vt poſterius ĩpleatur: ſed ſi ex fauore apponẽtis tenetur ĩplere aliꝰ celebrato matrimonio: vt ſi dicatur accipio te: ſi des centũ noĩe dotis: non ãt ſi ex gratia ſui: vt accipio te cũ decẽ libris: vt habeas vnde emas tibi fundũ: nõ tenetur talis nec ante nec poſtea emere. ff. de condi. l. ticio.

¶ Cum vero in cõtractu matrimonij fiat appoſitio cauſe: tũc ſm pe. đ palu. cã ſiue ſit vera ſiũ ſit falſa ꝓ non adiecta hẽtur: ꝛ pure intelligunt̃ cõtrahi matrimoniũ ꝛ ſponſalia: vt ſi dico accipio te vel accipiam: qꝛ pater tuꝰ deſponſauit te mihi vel me tibi: ꝛ nolo venire cõtra cõſiliũ eius: etiã ſi illud nõ ſit verũ: nihilominus ẽ matrimoniũ vel ſponſalia. Idem etiã ſi ponatur in futuro cã vt accipio te: qꝛ dabis mihi decem ꝓ dote. Idẽ ẽt eſt qñ in tali contractu ponit̃ demõſtratio: q̃ ſiue ſit honeſta ſiue inhoneſta ſiue cõtraria matrimonio ſiue nõ ſiue de pñti ſiue de futuro per ſe nũqꝫ ĩpedit vel ſuſpendit matrimoniũ: ſed hẽtur ꝓ nõ adiecta: vt verbi gratia. accipio vel accipiam filiam tuã que ꝓcurauit venena ſterilitatis: vel que eſt ſterilis vel que ẽ virgo: vel quam audiui eẽ diuitẽ: ꝛ hmõ. Nã falſa demonſtratio ñ viciat legatũ. ff. de cõdi. ꝛ demõ. l. falſa. nec ꝑ cõſequẽs matrimoniũ: ſed ſi demonſtratio feratur ad cõditionem tunc ĩpedit: tũ rõne demonſtrationis vel erroris: vt ſi dico accipio vel accipiaꝫ filiã tuam liberã: ſiquidem ſciret illã ancillã: nihilominus teneret matrimonium: ſed ſi ignorat tunc nõ valet matrimoniũ rõe erroris: etiã ſi demonſtratio fuiſſet omiſſa: ꝛ idem ſi demõſtratio refertur ad ſubſtantiam: qꝛ error ſubſtãtie vel conditionis impedit: nõ autem qualitatis.

Quādo aūt matrimoniū fit ſub conditione:tunc diſtinguendū de conditione. Et primo quedaʒ ſunt conditiones generales:que ſemper debent intelligi:vt quas ponit beatus Jacobus.5.c.i fi. vt ſi voluerit ꝛ ſi vixerimus:ꝛ hec nullum contractū ſuſpendunt. Quedam vero ſunt conditiones de his:que in matrimonio oīo ſunt neceſſaria:ꝛ alias matrimoniū īpedirēt:vt ſi es xpiana aut ſi nō es affinis vel cōſanguinea ꝛ hꝰ. Et iſte ēt conditiones intelligi debēt appoſite:nec viciant cōtractuʒ. Tertia eſt aliqua conditio de futuro neceſſaria:vt ſoleʒ oriri cras. Unde ſi dicat contrabo tecū ſi ſol oriatur cras:contractum eſt matrimoniū:vt tho.ponit in.4.di.29.qꝛ talia futura ſunt iā pñtia in cauſis ſecundis. Quarta eſt conditio cōtingens ꝛ honeſta que poteſt appōi ꝛ non apponi:vt ſi pr̄ meus voluerit aut ſi dabiſ mihi centum:hꝰ ſi apponatur ſuſpendit matrimonium vſqꝫ ad euētum conditionis:niſi interī cōſenſus de preſenti vel carnalis copula fuerit ſubſecuta:eo ꝙ tales videntur receſſiſſe a cōditiōe extra de condi.ap.c.de illis.ꝛ.c.ſuper eo.ꝛ.c.per tuas. Quinta eſt cōditio inhoneſta:ſed tamē nō eſt contra ſubſtantiā matrimonij:vt ſi furtum feceris vel ſi hominē interfeceris: hec ſi apponat dʒ hēri ꝓ non adiecta:ꝛ tenent ſponſalia ſiue etiā matrimonium:extra de cōdi.appo.c fi.ꝛ ſm ꝙ nōtur ibi. Jdem intelligi dʒ de cōditione īpoſſibili.ſ.ꝙ hēatur ꝓ nō adiecta:vt ſi digito celū tetigeris. Sexta ē cōditio inhoneſta ꝛ cōtra ſubſtantiā ꝛ bona matrimonij:vt ſi dicat contrabo tecum:ſi generationē ꝓlis euites:qꝛ hoc eſt contra bonum ꝓlis.vel donec īueniā aliam digniorem:qꝛ eſt cōtra ſubſtantiā inſepabilitatis:vel ſi te ꝓ queſtu adulterandā tradas:ꝛ hoc eſt cōtra bonum fidei.vnde ſi tales conditiones apponātur nihil agitur.32.q.4.inter cetera.32.q.2.aliqñ ꝛ.c.ſolet queri.ex̄ de condi.appo.c.fi.ſi tamē poſtea talis conditio remittatur ꝛ ſequatur carnal' copula ꝓ matrimonio iudicabitur:ꝛ ſi tm̄ vnus coniugū ponat talē conditionē:vl' aliter cōtradicit vel tacet iudicabitur ꝓ matrimonio:vt in d.c.aliquādo. Predicta aſſūpta ſūt de ray.tho.īno.ꝛ hoſti. Quid ſi qs ſignificet pr̄i abſenti ꝙ contraxit tale matrimoniū ſub conditiōe ſi ipſi patri placuerit:ꝛ anteqꝫ ipſe pater conſentiat penitet ſed pater conſentiet nūquid erit matrimonium? Rndēdum ſm guil.dicenduʒ ꝙ nō:quia nō videt ꝙ dēbeat dici cōſenſus niſi duret quouſqꝫ pater conſētiat:tamē anteqꝫ trāſeat ad ſcḋa vota debet cōpelli ſiue induci vt illam recipiat:ex quo ſemel in eā cōſenſit ſub cōditiōe que extitit:ar.extra de deſpon.impu.c.de illis. Jdē hoſt. ꝛ her. Quid ſi qs cōtrahat ſpōſalia ſub hac cōditione ſi ꝓmiſerit coitum? Rꝰ ſm guil.ſi conditio illa intelligatur de coitu fornicario:ꝓ nō adiecta debet haberi:cum ſit turpis:extra de cōdi.appo.c.fi.ꝛ ſic erit ꝓ matrimonio iudicādum:ꝛ multo fortius ſi intelligatur de coitu legitimo ꝛ maritali:ꝛ eodem modo ſi dixit contrahā tecuʒ ſi vnqꝫ cōtraxero ſi ꝓmiſeris ꝛc. Quid ſi dicat accipiam te vel accipio te:ſi inueniam te virginem:poſtea ſequitur coitus ꝛ non inuenitur virgo? Rꝰ ſm inno.her.ꝛ hoſti.iudicandum eſt pro matrimonio:ſicut ꝛ in p̄cedenti. Et addit hoſti. ꝙ lʒ ſic iudicare oporteat in foro iudiciali ꝓpter hoc ꝙ non poſſunt haberi alie ꝓbationes: tamē in iudicio aīe nō eſt matrimonium:extra de condi.appo.c.de illis.ꝛ.c.ſuper eo.ꝛ.c.per tuas. Nā ꝛ bene eſt ꝙ mulier que in fraudem mentita fuit decepta remaneat ꝛ viro ſubueniatur: ꝙ forſitan intendit bigamiam vitare. Et ſi dicat accipio te in vxorem vel dabo tibi centum:ꝛ ſequatur carnalis copula:nūqd p̄ſumetur ꝓ matrimonio? Rꝰ ſm guil.non credo.nam cum ille qui dixit hanc opinionem ꝙ liberare ſe poſſet vtrūqꝫ patiendo:nō recolo p̄ſūptionem eē inductam a iure:ꝙ intelligatur recedere ab optione per carnalem copulam. Quid ſi dicat promitto ꝙ nunqꝫ deficiam tibi in vita mea ꝛ ſecuta eſt carnalis copula? Reſpōdeo ſʒ guil. non dʒ p̄ſumi pro matrimonio:cū ſponſalia ante matrimoniū nō ſoleant contrahi per promiſſiōes negatiuas niſi forte conſtaret:ꝙ ꝑ hoc intendebat ſponſalia contrahere. Quid ſi dicat ducam te poſt ānum:ꝛ ſecuta ē carnalis copula? Rñdeo ſm guil. Credo p̄ſumendū ꝓ matrimonio:qꝛ ꝓꝑ carnalē copulam ſubſecutam vr̄ renūtiaſſe dilationi temporis. Quid ſi quiſ contrahat cum aliqua ſub cōditione:deinde ante euentum contrahit cū alia pure? Rñdeo non dʒ remanere cum ſecunda: ēt ſi ſit conſanguinea prime. De fine ſeu intentiōe: que habetur in contrahendo matrimoniū:quia poteſt ibi eē ꝛ meritūʒ ꝛ peccatū ꝛ mortale ꝛ veniale ſm varietatē intentionis. Circa fineʒ ergo ꝛ intentionē matrimonij nō ſm pe.de palu.i 4.di.31.quinqꝫ concluſiones. Et prima eſt:ꝙ duplex eſt finis in matrimonio.vnus per ſe qui ꝓprie eſt finis ipſius matrimonij intentus ab eo q matrimonium inſtituit:ꝛ ab omni recte matrimonium contrahente ſecundū potiſſimū ſtatuʒ matrimonij ꝑ ſe acceptū:ꝛ iſte eſt generatio prolis. Unde adam ꝓphetizans dixit. Adherebit vxori ſue:ꝛ erunt duo in carne vna.ſ.generāda geñ.2. Et deus benedictionē nuptialem tribuens dixit. Creſcite ꝛ multiplicamini. Alius eſt finis ꝑ accidens.ſ.quem intendit contrahens:ꝛ ſic eſt finis non ꝓp̄e ipſius matrimonij contrahētis. Et hic finis qñqꝫ eſt bonus quandoqꝫ eſt malus:ſicut finis domus que fit eſt inhabitatio: finis domificantis forte eſt aliud vt lucrum.

## Secunda concluſio eſt

ꝙ matrimonium ſemper eſt bonum vel nonꝰ eſt malum ex primo fine non ſecundo: quia cum finis bonus eſt:ipſum quoqꝫ bonum eſt loquēdo de fine per ſe:non per accñs ſicut ſcientie medicine ꝛ iuris ſunt ſcientie bone per ſe:qꝛ finis per

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſe bonus eſt: vt ſanitas corporis: ⁊ iuſta diſtribu
ſio temporalium: licet habentes ſcientiam poſ/
ſint eſſe mali ex abuſu eius ⁊ mala intentione.

**Tertia concluſio ē** ꝙ finis matrio/
nij ꝑ ſe meritorie intenditur: ſiue ſit finis per ſe: ⁊
primo finis eius vt eſt bonum ꝓlis: ſiue finis ꝑ
ſe: ſed non primo ſed ſecundario intentus: vt vi/
tatio fornicationis. Nam ſola generatio prolis
dr̄ finis primo ⁊ per ſe: qꝛ iſte fuit finis in prima
ria ſui inſtitutione: etiam in ſtatu inocētie. Et de
iſto concedūt omnes: ꝙ ſine peccato: imo cum
merito poteſt intendi principaliter. Vitatio autē
fornicationis licet ſit finis per ſe: non tamen pri
mus: ſed ſecundarius: qꝛ poſt peccatum fuit ma
trimonium inſtitutū nō ſolū in officiū. ſ. generā/
di: ſed etiam in remediū dicente apl'o. i. cor. 7.
Propter fornicationē. ſ. vitandam: vnuſquiſqꝫ
hēat ſuā. Et ſi iſte finis ſecūdario ītendatur certū
eſt ꝙ adhuc meritorium ē nō peccatū: qꝛ nulla
deordīatio ē. Sed ſi vitatio fornicationiſ princi
paliter intendatur: adhuc non ē peccatū morta/
le: qꝛ nec tali fine cognoſcere vxorē eſt mortale.
Sed ad ſciendū an ſit veniale: vr̄ diſtinguēdū:
qꝛ aut eſt talis qui poteſt ꝓlem habere ſm ſpem
cōem: ⁊ tunc venialiter peccat cōtra rōnis ordi
nem agens finem ſecundarium: ꝑponendo ꝑmo
fini ⁊ pncipali: ſicut etiam peccaret cognoſcens
vxorem propter hanc cām non curans de ꝓle:
vbi crederet ſe poſſe generare: ſed qñ ſenex eſt
poteſt generare: nec eſt ſpes de ꝓle: ſꝫ timore for
nicationis: tunc nullum peccatū vr̄: qꝛ alio mō
non poſſent ſenes contrahere matrimonium ſiñ
peccato. Ridiculum eſt enim ꝙ illi qui non ſpe
rāt nec credunt ſe poſſe generare: cōtrahāt ſola
vl'pricipali ītētiōe generādi: cū ſpes vel ītentio
vel electio nō ſit de impoſſibili: ſublato autē fiñ
principali lꝫ facere ꝺ ſecundario pricipali pluſ qꝫ
de. 3. vel de. 4. Unde cum poſt ꝓlem primus fi/
nis ſit vitatio fornicationis: illa poteſt principa/
liter attendi: vbi proles ſperatur impoſſibilis
haberi.

**Quarta concluſio eſt**
de alijs cauſis ſeu ītētionib⁹: vt reformatio pacꝭ
acquiſitio amicitie ex parentela vel diuitiarum
ex dote pulchritudo ⁊ hi⁹. Et reformatio qdeꝫ
pacis eſt honeſta cauſa in ſe: ſed non in matrio/
nio: ſi primo ⁊ per ſe intendatur: cum matrimo
nium ad hoc ſit ordinatuꝫ principaliter: ſicut vir
cognoſcens vxorem ꝓꝑ ſanitatē peccat: ⁊ q bap
tizatur vt ſanetur: ſed ſecundario poteſt illud in
tendi: non tamen eſſet mortale: ſi etiam illud ꝑn
cipaliter intenderet: ſicut nec etiam diuitias vel
pulchritudinē principaliter intenderet: cum hō
nolit talia: niſi modo licito: ēt ſi alias nō eſſet cō
tractur⁹ matrimoniū: ſicut etiam non peccat mor
taliter cognoſcens vxorem ꝓꝑ delectationē īfra
limites matrimonij. videtur tamen alias: ꝙ cuꝫ
matrimonium ſit verum ſacr̄m ꝙ nō poteſt ſine
peccato mortali principaliter intēdi finis extra/
neus in eo: ⁊ per accidens totaliter oī inſtitutiōi
matrimonij: ſicut ſi quis principaliter baptizare
tur ꝓꝑ ſanitatem vel queſtuꝫ faciendū: nō curās
de gra baptiſmali nō eſſet hoc ſine cōtemptu ī/
iuria ⁊ irreuerentia ſacramēti ⁊ abuſu eius. Sꝫ
iſta ſnīa ē multum dura: qꝛ multos inuoluit. Et
videtur eſſe contra illud: qō habetur. 3. R. i. vbi
dauid duxit in vxorem abiſac ſūnamitē: ſolū vt
calefaceret eum: ⁊ non ſpe ꝓlis nec timore forni
cationis: qꝛ non cognouit eam nec peccauit. Di
uitie ſi ſecundario intendāt̄: vt ꝓles melius edu/
centur: ⁊ onera matrimonij melius ſupportētur
nullum eſt peccatuꝫ. Et ſimiliter ſi pulchritudo
eſt ſecūdario intēta ad fornicationem vitandā:
in caſu in quo illa vitatio poteſt principaliter ī/
tendi: non facit peccatum etiā veniale: ſed ſi ſecū
dario intēderetur ad voluptatem: facit peccatū
veniale. Et ſimiliter diuitie immoderate: lꝫ ſecū
dario intente.

**Quinta cōcluſio eſt** ꝙ da
to ꝙ contrahere ꝓꝑ voluptatē principaliter eſſet pec
catum mortale: nō tñ cognoſcere ꝓꝑ voluptateꝫ
eſſꝫ mortale: dūmodo non eſſet idē cū alia fac/
turus: qꝛ non eſt ita dānabilis ab vſu rei cōis: ſi
cut rei ſacre: ſicut bibens cum cipho cōi ꝓꝑ vo/
luptatem non eſt in ſe niſi veniale: ſed non ꝓꝑ h⁹
ſequitur ꝙ portans calicē ad tabernaꝫ ad bibē/
duꝫ ꝓꝑ voluptatē: qn peccet mortaliter: ⁊ h⁹ ꝓpē
abuſum rei ſacre. Qui āt cōtrahit matrimonium
ꝑ verba de pn̄ti ꝓꝑ finē indebitum: abutitur re
ſacra: qꝛ eēntia ſacri que ibi conſiſtit. ſed qui co/
gnoſcit vxorem ſuam ſine indebito: abutitur re
nō ſacra. i. muliere: qꝛ eēntia ſacramenti tranſit:
vnde nō adeo peccat. Et eſt argumētum: ꝙ ſi iu
dex pena pecuniaria punit malefactores: dū tñ
eēt alias puniturus: lꝫ querat pecuniā vel nō co
gitanſ actu de iuſticia: dū tamē nō ſit facturus: ī/
iuſte non eſt niſi veniale. Nā ſi ꝑponeret expſſe
alias explicite pecuniā iuſticie non eēt excuſat⁹ a
mortali: ⁊ ſimiliter canonicus non alias iturus
ad eccleſiam niſi vt lucretur diſtributioneꝫ non
peccat mortaliter: dū tñ nollet eam illicite lucra
ri: ⁊ paratus eſſet ire ſi deus vel eccleſia ꝑciperꝫ.
hec pe. ¶ Nō ꝙ beatus tho. in. 4. di. 30. dicit in
expoſitione lr̄e in fi. loquens de iacob: qui con/
traxit cuꝫ rachele: que erat pulchra: vt patꝫ gen.
29. c. ꝙ decor faciei non fuit cā principalis talis
contractus matrimonij: ſed ſecūdario. ⁊ hoc bñ
poteſt eſſe ſine peccato: vel quandoqꝫ ēt cuꝫ pec
cato veniali. Si āt eſſet pricipalis cā libido pul
chritudinis: ñ excuſaretur a mortali: ſi eēt effre/
nata libido. hec tho. ita. ſ. ꝙ ibi cōſtitueret fineꝫ:
Q̄uis āt aliqui contrahant matrimoniū ꝓꝑ ſecū
darias cās quaſcūqꝫ dictas: nō principaliter ꝓꝑ
ꝑmam nō hꝫ iſtud viciare matrimoniū cōtractū
ſm ray. ſed ſufficit ꝙ ꝯtrahant per v̄ba de pn̄ti

ꝛ ꝯhere ītēdāt: vt. 32. q. 2. ſolet.

# Addemus ſextam con/

cluſionē ex v̄bis ipſius petri ī. 4. ſ. ꝙ ꝯhere mr̄imoniū ꝑ verba de preſenti: ei qui eſt in peccato mortali: ſiue viro ſiue mulieri videt̄ eſſe peccatū mortale. Dicit. n. aug⁹. ꝙ ſacramēta talia fiūt vnicuiqꝫ: cū quali cōſciētia quis accedit ad ea. i. q. i. c. ꝑ. Iſaiā cū ergo mr̄imoniū ſit vnū ex ſacramētis: ꝛ eſſentia eius ꝯſiſtat ī ꝯſēſu ꝑ v̄ba de p̄ſ̄ti: nō ī carnali copula: alias n̄ fuiſſet verū mr̄imoniū eſſentialiter īter mariā ꝛ ioſeph: ſequitur ꝙ ꝯtrahēs ī mortali matrimoniū mortalit̄ peccat: īmo pe. de pal. ī. 4. di. 7. q. 2. videt̄ tenere ꝙ nō ſufficiat cōtritio: ſed ſit neceſſaria ēt cōfeſſio. Dicit. n. ꝙ ī omni ſuſceptiōe ſacramēti poſt baptiſmū obſeruādū eſt hoc ei: qui poſt baptiſmū peccauit mortaliter: vt n̄ accedat ad aliqđ ſacr̄ꝫ in cōtritus: niſi prius faciat cōfeſſionē. ꝛ rō eſt: qꝛ ſicut baptiſm⁹ eſt ianua omniū ſacr̄orū: ante qđ nullū ſuſcipi poteſt vl̄ debet: ita p̄nia eſt ſcđa tabula poſt naufragiū. vñ poſt naufragiū. i. mōtale cōmiſſū poſt baptiſmū: nullus ēt ꝯtrit⁹ dꝫ accedē ad ſacr̄ꝫ aliđ: niſi cōfeſſus. ī cōfeſſiōe. n. ꝑficitur p̄nia: īgꝛ tū ſacr̄m: qꝛ ſic ꝑmiſſū eccleſie dat̄ ꝛ abſoluit̄. Idē dicit di. 17. q. 2. Addit tn̄ ibi in fi. ꝙ n̄ tn̄ mōtaliter peccat ſuſcipiēdo vl̄ miſtrādo ſacr̄ꝫ poſtqꝫ cōtrit⁹ eſt: cū ſit iā deo cōiūct⁹ ꝛ pēitens. Vñ ꝛ cōfeſſus ī ꝓpoſito: qđ tn̄ ſufficeret quo ad euchariſtie ſumptionē: hn̄do copiā cōfeſſoris ſꝫ tho. ꝛ oēs alios. Septīo nō ꝙ cōtrahēs mr̄imoniū clādeſtie: ita. ſ. ꝙ n̄ poſſit probari: peccat mortaliter: quia ꝯ ꝓceptū eccleſie agit. Item ꝛ qui cōtrahit ſiue occulte ſiue māifeſte: n̄ ītēdēſ cōtrahē ſꝫ decipe ad extorquēdā copulaꝫ: ꝛ hi⁹: peccat mortaliter. qꝛ vtit̄ fictiōe ī ſacro ꝛ ī dānū alteri⁹. Itē ꝛ q votū hēt ſimplex caſtitatiſ anteqꝫ diſpēſet̄. Itē ꝛ q cogit aliquē cōtrahē coactiōe abſoluta vl̄ cōditiōata. Iniuriat̄. n. ei nōbiliter cū matriōnia debeāt eſſe libera ſcđm oīa iura. Itē q excōicat⁹ eſt ſciēter ſi ꝯhit matrioniū: peccat mortaliter.

De cōſumatiōe matrimonij ꝛ actu coniugali: quod aliquādo eſt mortale ꝛ nouē modis: aliqn̄ vēiale: aliqn̄ nullū. Capitulū. 20.

# Poſtquam actum ē

de matrimonio: quo ad deſponſationeꝫ ſeu ꝓmiſſionē de futuro: ꝛ q̄ ad ratificatiōeꝫ ſeu ꝯſēſū ꝑ v̄ba de p̄ſ̄ti: nūc vidēdū de ꝯſumatione eius ꝑ copulā carnalē. Et circa hoc ꝑmo ponētur caſus plures: ī qb⁹ actus cōiugalis ē mortale peccatū. Secūdo caſus ī qbus eſt veniale. Tertio qn̄ ē act⁹ meitori⁹ ꝛ qn̄ īdifferēs. 4°. de nuptijs ꝛ bn̄dictiōe: q̄ ipm ordiarie ſequūt̄.

# Quantum ad primum

pe. de palu. ī. 4. di. 32. q. 3. pōit. 9. caſus: ī quibus ē mortale peccatū act⁹ cōiugalis. Et ꝑmus ē quātū ad ītētiōis īordinatiōem effrenate libidinis: qn̄. ſ. fert̄ ītētio ex̄ limites mr̄imonij. idē. ſ. facturus cū q̄cūqꝫ alia: que ſibi occurreret vel cuꝫ eadem: ſi nō eſſet ſua vxor: vt ſatiſfaceret voluptati ſue: vel ipſi delectatiōi venereę inherens: vt fini vltimo. Et iō hiero⁹ dicit ꝙ ſapienſ iudicio i. ſcđm rōnem dꝫ diligere vxoreꝫ nō affectu. ſ. paſſione: vt non regnet in eo īpetus voluptatis: nec ꝑceps fertur ad coitū. 32. q. 4. origo. Sed vt dicit idem pe. qꝛ actibus non hītibus meremur ꝛ demeremur: hoc intelligēdū eſt: qn̄ actu hoc cogitabat. ſ. talis inordinationē intentionis. Et idē vr̄ dicendum: qn̄ vxorem cognoſcēs vir animo deliberato ad aliā intēdit: quā carnalit̄ diligit ꝛ ſimiliter de vxore cum ad alium mētem figit.

# Secūdus caſus eſt quā

do ad locū: in quo talis actus exercetur: vꝫ in loco ſacro. Circa hoc tamē quidam: vt ricar. in. 4. diſtinguūt: ꝛ dicit ipſe ꝙ ſi neceſſitate guerrarū incluſi in aliquo loco ſacro: vnde exire non poſſunt ꝑ lōgo tp̄e: lꝫ vtriqꝫ exigere ꝛ reddere debitū: qꝛ nō eſt iniȷciēdus laqueus aīabus ꝓpter mūdiciaꝫ loci ſacri. Sed ſi paruo tp̄e: tūc debēt cōtinere tp̄e neceſſitatis ꝛ tribulationis. Naꝫ ꝛ Noe ꝛ filij eius ꝛ pecora cōtinuerunt tp̄e diluuij. Pe. tamē de palu. r̄pꝛobat iſtā di. ꝛ dicit ſimpliciter illicitum ꝛ mortale: qꝛ ꝛ ſi non poteſt aliū hēre: non dꝫ ꝓpter hoc locū ſacrum polluere: cū hoc nō ſit neceſſitatiſ: ſicut ibi emitterē vrinam: ſiue ergo hēatur alius locus ſiue nō poſſit haberi alius locus ad hoc: certum ē ꝙ non lꝫ petere: ſed nec reddere tenetur alter illud qđ r̄ddi non pōt ſine irreuerentia loci ſacri. naꝫ ꝓpter h⁹ indiget reconciliatiōe ſcđm io. an. ꝯtrum eſt ex natura facti: lꝫ ꝑ accn̄s. ſi eſt occultū nō īdigeat r̄cōciliatione: qđ etiam ponit hoſti. ꝛ licet iura antiqua nō faciant mentionem niſi de pollutione ꝑ adulteriuꝫ: ex̄ de adul. c. ſignificaſti. equaliter tn̄ iura noua dicūt đ effuſione ſāguīs ꝛ ſēīs. vnde ſicut effuſio ſanguīs etiam ſi fiat a non priuato: ſed a iudice cui alias licet: locum ſacrum violat: ibi facta: ēt ſi ſanguis non cadat in terrā: ita etiaꝫ ſeminis effuſio: ſiue ab extero viro ſiue a ſuo marito polluit locum etiā ſi nō cadat in terrā. Tho. ꝛ pe. in. 4. dicunt ſimpliciter: ꝙ nō tenetur coniunx reddere debitum in loco ſacro: qꝛ nō ita tenetur oī loco: ſicut oī tp̄e. nam tp̄s violari nō poteſt: ſicut locus per hoc violatur: ſed nec in omni alio loco niſi ſeruata debita honeſtate: qꝛ nō in publico. Vtrum autem mortale vel veniale ſit hoc: nihil dicunt.

# Tertius caſus eſt quā/

tū ad modū cū. ſ. eſt moduſ ꝯ naturā. Sed dicit tho. in. 4. di. 31. in expoſitione lr̄e: ꝙ v̄ſus cōiugij ꝯ naturā pōt dici dupliciť. Vno mō cū ꝑmittit̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

debitū vas:⁊ hoc ſemper ē mortale ſꝫ oēs doc.
eo ꝙ ꝓles ſequi ñ pōt:⁊ tota ītētio nature fru/
ſtrat. vñ ⁊ aug⁹ .32.q.7.adulterij.poſt aliqs ſpēs
luxurie nomiatas:ſubdit. Omniū hoꝝ peſſimū
eſt qḋ ꝯ naturā eſt:vt ſi mulieris membro ad hº
ñ cōceſſo vir vti voluerit.hec ibi. Vñ nullo mō
vxor dꝫ viro ī hi⁹ aſſentire. Nō.n.excuſaretur a
mortali peccato quātūcūqꝫ cū animi diſplicētia
hoc faceret:nec timor vel ſufferētia verbeꝝ vel
futura īcōtinētia viri eā excuſaret: niſi ei violen
tia abſoluta īferret:a qua ſe ñ poſſet defendere.
ſed ex hoc ī futuꝝ licite ei poſſet debitū denega
re. ¶ Secūdus modus cōtra naturā eſt:qñ ſer/
uato debito vaſe pretermittit modus a nā inſti
tutus:quātū ad ſitū. Modus.n.a natura īſtitut⁹
ꝗ̄tū ad ſitū vt dr̄ ī ſūma cōfeſſoꝝ ē:vt mulier ia
ceat ī dorſo:⁊ vir ſupergrediat ſup vētrem eiuſ:
⁊ hoc mō aptior fit cōceptio. Qñ ergo recedit
ab iſto mō ſituali:dicūt aliqui ꝙ ſi ſeruet mod⁹
cōtrarius:vt qꝛ vir nubit ī femiam.i.mulier ſup
greditur virū ꝙ peccat mortaliter:vt pe.de pa.
⁊ hēricus bohic.ſup.c.īqſitiōi de ſen.excō. Idē
videt ſentire.guil.⁊ glo.paraldi ī ſūma vitiorū.
Aſſignāt ꝓ rōne:qꝛ talis modus ñ ꝯuenit ſemis
īfuſiōi quo ad viꝝ:nec ſeminis receptiōi quo ad
mulierē:⁊ ſic videt impediri ꝓliſ generatio ītēn
ta a natura.ſi āt alio mō īdebito ſeruato:tñ debi
to vaſe vtat. diſtīguit pe.de pal. qꝛ aut hoc facit
preciſe cā voluptatis:ſine aliq̄ cā neceſſitatis vl
rōnabil:⁊ tūc dicit ſimpliciter ēt eē mortale: qꝛ
ñ eſt vxor eius:niſi quo ad actus naturales: alit
agēdo abutit ſacro cōiugij:ſicut ꝗ puertēs vſū
⁊ ritū alteri⁹ ſacri ſciēt: eēt trāſgreſſor ꝑcepti: ñ
ſolū ī eſſentialib⁹: ſꝫ ēt ī accidētalib⁹.aut hoc fit
ex cauſa rationabili: puta ꝓpter periculū ſuffo/
catiōis partus: ꝓpter quod timet mō debito ad
vxorē accedere:ſed ex alia parte accedit⁹ qꝫ debi
ta:ſeruato tñ vaſculo muliebri: nec ſciēter ſemē
ab extra effundat:ñ erit mortale:idē ſi hoc faci
at ex alia īfirmitate. Guil.etiā ī glo.ray.dicit ꝙ
cū hoc fit ꝓpter periculum ſuffocatiōis vel egri
tudiem vel aliam īdiſpoſitionem corporis: pōt
eē ſine peccato:quātū autem magis recedit a na
turalitate mōi tāto grauius peccat.ſꝫ alber.mag.
ī.4.dicit:ꝙ nihil coꝝ que facit vir cum vxore ī
actu cōiugali ſeruato debito vaſe eſt de ſe mor/
tale:ſed pōt eē ſignum mortalis ꝯcupiſcētie:qñ
ei ñ ſufficit modus determinat⁹ a natura:ſꝫ aliū
īuenit cā ſe delectādi:cū nō ſubeſt cā īfirmitatis
vel alia rōnalis. Ex quib⁹ dictis videt ſentire al
ber. ꝙ ñ impedit generatio ꝓlis p tales modos
īdebitos:ſeruato debito vaſe:qui fuit maximus
philoſophus. Et hāc rōnē videt aſſignare ꝗ di/
cūt alios modos eē mortale.ſ.impedimētū pro
lis excipiende. ¶ Dure ergo ī tali exceſſu repre
hendēdi ſunt cōiuges:⁊ ꝙ abſtineāt:cū ñ ſubeſt
cā.īducēde ſunt ad hoc vxores ꝙ viris a quib⁹
iſta cōiter ꝓcedant non cōſentiant in hi⁹:ſi tñ ti
more verberum vel incōtinentie viroꝝ eis aſſē
tiant ñ poſſunt ex hoc argui de mortali:ex quo
ſm alber. de ſe illud mortale non eſt. Nā de in/
tentione viri exigentis qualitercūqꝫ non hꝫ ipſa
iudicare vt per hoc poſſit ei debitum denegare:
nec de facili eſt ꝓcipitāda ſnīa de tali modo:qḋ
eſt mortale in ſe.

## Quartus caſus eſt rō

ne aborſus tempore conceptus vel partus:ſi ꝓ/
babiliter timetur:qꝛ contra charitatē ē:ꝙ quis
velit delectari cū ꝑicie vite ꝓlis. Sed ꝓ maio
ri declaratione hui⁹ ſciendū ꝙ ſm pe.⁊ ricar.ī.4
tpe ꝑgnationis reddere debitū nō eſt peccatum
⁊ reddere debet:ſi non ē periculū aborſuſ:poteſt
ēt exigere in dicto caſu abſqꝫ mortali:qꝛ matrio
niū nō ſolum eſt in officiū:ſed etiam in remediū
vt dictū eſt:ſed vbi eēt periculū ꝓbabile abor/
ſus:nec debet exigi nec reddi:alias eſt mortale
ſm pe. de palu. Qui ēt dicit:ꝙ petere debitū tali
tpe:eſt ſēper veniale:ſi tamē nō ſit periculū ab/
orſus ⁊ maxime mulieri:qꝛ ſm medicos īpgna
te magis appetunt coitū. ¶ Sed valde reprehē
ſibile eſt:vt hoīes non cōtineant tpe cōceptus:
ꝙ beſtie faciunt. Nā elephas ad impgnatā non
accedit. Et Plinius dicit ꝙ tpe cōceptus cerue
femine a maribus diſcedunt:donec a ptu purgē
tur. Et vt dicit. F.io.de ſancto gemi.in li.5. de ſi
militudinibus. ¶ Nota exigente materia:ꝗ̄uis
nō ſit pulchrum dicere vel audire:vtile tñ eſt ſci
re:ꝙ ꝗ̄uis matrix mulieris poſt impregnatiōeꝫ
claudatur:tamē ex ꝺlectatiōe mouet aliquādo
⁊ aperitur:vt dicit auicēna:⁊ ideo īminet pericu
lum aborſus:quod ēt refert idem pe.de pal. vbi
ſupra ⁊ ꝓpterea Hieronym⁹ vituperat acceden
tē ad ꝑgnatam.32.q.4.origo. ⁊ magis videtur
eſſe periculū circa ꝑcipium cōceptus: qꝛ tunc
aliqñ matrix ꝓpter delectationem apit: ⁊ mate
ria nōdum ꝑfecte coagulata diſperdit ⁊ effundi
tur:⁊ īſtāte partu eſt periculū:ne partus ſuffocet.
Poſt partuꝫ āt dū mulier ē ī puerperio exigere
vel reddere debitū neutri ē mortale:niſi adhuc
mulier ex partu eſſet īfirma: ⁊ ꝓpter hoc eſſꝫ ei
periculū mortis vel aggrauatiōis īfirmitatis ſꝫ
pe.de pa.cui ſatis ꝯcordat.ricar.ī.4.dicēs ꝙ mu
lieri ſi eſt purificata ab illis corruptionib⁹ ⁊ cō/
motionib⁹:que ſūt ī mulierib⁹ aliquanto tēpore
poſt partuꝫ:reddendū eſt debitum ſi petat:⁊ pe
tere poteſt abſqꝫ peccato:ꝗ̄uis nōdū ſit īpletum
temp⁹ purificationis.ſ.xl.dierum. Sed infra illō
temp⁹.ſ.talis īmundicie:abſtinere debet vterqꝫ
ſaltem debito congruitatis. Et ſic intelligendū
eſt illud.c.greg.ad eius concubitum di.5. idem
Guil. Et ꝗ̄uis decens eſſet abſtinere de cōmuni
conſenſu ab actu coniugali:quouſqꝫ abſtinet ab
ingreſſu eccleſie:non tamen eſt neceſſariū:ſꝫ im
mo exact⁹ tenet reddere:niſi obſtet infirmitas:⁊
ꝗ̄tū ad ingreſſum in eccleſiā poſſit mulier.40.
dieb⁹ expectare:vbi eſt talis conſuetudo: nec te
net interim ad auditionem diuinoꝝ. Pōt etiaꝫ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̄citius purgata ē poſt partū tēplū ītrare ſi vult
ex deuotione ſua abſqꝫ peccato: vt di. 5. enixa. ⁊
extra de puri. poſt par. c. i. Nec ob. ꝙ ī veteri le/
ge mulier ī partu maſculini. 40. dieb⁹ oīno arce
bat̄ ab acceſſu ī templū: ⁊ ꝑ. 80. ī partu femīe le/
uit. 18. c. q̄ꝛ illō fuit cerimoniale: vñ nō ligat: nec
ex eo q̄ꝛ in lege hoc habet̄: ſed ex cōſuetudīe ab
eccleſia tolerata poteſt. 40. diebus abſtīere ab
īgreſſu ī eccleſiā ſi vult: vt dictū eſt. Modus āt
ītroducendi talē mulierē in eccleſiam ꝑ ſacerdo
tē nullus determinat⁹ ē ab eccleſia. vñ ſuandus
ē mos patrie: ⁊ ſi ēt ſine tali cerimonia ītrarꝫ nō
ex contēptu: ſꝫ vł ex ignorantia: vł q̄ꝛ non habꝫ
copiam ſacerdotis ⁊ hꝰ: non credo eſſe peccatū
ſaltē mortale: debet tamē ſeruari cōſuetudo di.
z. illa.

# Quintus caſus eſt tem

pore mēſtruoꝝ: circa q̄ō diſtinguēdum: q̄ꝛ ſi na
turalis ⁊ quaſi cōtinuus ſit huiuſmōi fluxus: a q̄
mulier dicitur emoroiſſa non interdicit̄ petitio
vł redditio debiti: q̄ꝛ quādo ē īfirmitas cōtinua
vł nimis diuturna: periculoſum eēt cōiugatꝭ ali
quibus prohibere: tunc ēt mulier cōcipe nō pōt
ſm̄ quoſdam: ⁊ ſic non timet̄ ꝓli. vnde tunc eſt
veniale petere: cum non ſpetur ꝓles: immo nec
veniale ſi fiat propter vitandam fornicationeꝫ
ī ſe vł in alio: ⁊ in hoc concor. doct. Sꝫ ſi fluxus
ſit naturalis: q̄ō eſt cōiter ſemel in mēſe ſꝫ ricar.
tunc circa hoc ſunt varie opiniōes ⁊ cōtrarie: ꝑꝑ
q̄ō dicit guil. ꝙ cōfeſſor in hꝰ non dꝫ ꝑcipitare
ſnīam: ſed reꝑhendere ⁊ ꝓhibere q̄ꝫtum pōt: nec
ꝓpter hoc dꝫ negare abſolutionē nolenti ab hꝰ
abſtinere exactione .ſ. vel redditione debiti ī ta
li tempore. Nam pe. bona. ⁊ bug. dicunt ꝙ tunc
exigere ſcienter ē mortale peccatū: tum q̄ꝛ cōtra
ꝑceptuꝫ legis: leuit. 18. Tum ꝓpter periculū īfec
tionis ꝓlis: ſi tunc conciperetur: ſed reddere nō
eſt mortale. Pe. vero de palu. in 4. di. 32. ple/
nius declarat iſtā materiā: ⁊ dicit ꝙ non videt̄
mortale ſcienter tunc petere vel reddere: q̄ꝛ cuꝫ
hiero⁹ dicat ſuper Iſaiā: ꝙ tunc cōcipiunt̄ mem
bris priuati ceci claudi leproſi: vt q̄ꝛ parentes n̄
erubuerunt in cōclaui cōmiſceri: eorum peccatū
patenter ⁊ aperte redarguatur in ꝑuulis. Mu
lier ergo ſi ſine ſcandalo viri poteſt ſe excuſare:
debet ſubterfugere: aliter nō peccat cum dolore
reddendo ſm̄ bona. ⁊ pe. Sed dicunt ꝙ exigere
ſcienter eſt mortale. Sed hoc nō videtur: q̄ꝛ nō
eſt maior timor de infectione ꝓlis tp̄e mēſtruo
rum: q̄ꝫ tempore lepre. petere autēꝫ tp̄e lepre nō
eſt mortale: ergo nec tp̄e menſtruoꝝ. Nec valet
ſolutio eorum dicentium: q̄ꝛ lepra eſt morbus
continuus: menſtruum momētaneus: q̄ꝛ expo/
nere ſe periculo generandi leproſum eſſꝫ morta
le de ſe: vbicūqꝫ eēt periculum illud: eſſet idē pec
catuꝫ: ⁊ licet facere in ſuo q̄ō nocet in alieno: dū
tamen hoc non intendatur. Et paulopoſt circa
iſtam materiam ponit iſtas. 5. concluſiones.

¶ Prima eſt: ꝙ non eſt mortale reddere: etiam
ſcienter ex parte mulieris: nec per cōſequēſ ex ꝑ
te viri: ex quo certior non vult abſtinere. ¶ 2ᵃ ē
ꝙ non eſt peccatum petere ignoranti infirmita/
tem. ¶ 3ᵃ eſt ꝙ ſciens infirmitatem: ſed neſciens
monſtrum ſolere generari: quando non erat fac
turus ſi ſciret etiam non peccat maxime mortali
ter. ¶ 4ᵃ eſt ſciens non generari vł probabiliter
credens: vt q̄ꝛ ſenex vel non conſueuit tunc con
cipere: ſimiliter tunc non peccat ſaltem mortali/
ter. ¶ 5ᵃ eſt: etiam ſi credens: ꝙ ꝓbabiliter con/
ceptura ſit etiam monſtrum: non peccat mortali
ter ſicut in lepra: in qua eſt maius periculum: q̄ꝫ
in menſtruata naturaliter. Circunſtantia enim q̄
non mutat ſpem nunq̄ꝫ facit de veniali mortale.
Circunſtantia autēꝫ temporis nunq̄ꝫ facit aliaꝫ
ſpem. vnde cum hoc non ſit mortale ſi ſit: niſi ꝑꝑ
prolem: ⁊ eſt idem non minus periculū in lepro
ſa: q̄ꝫ in menſtruoſa ergo ⁊c. Qō autem dicitur
ꝙ hic haberet nimis continere: puta per totam
vitam: ille autem cuius vxor eſt menſtruata per
paucos dies: non variat ſpem luxurie: q̄ꝛ cogno
ſcere quandoqꝫ eam que paritura ē: eſt mōſtruꝫ
nō differt ſpe in genere moris. Rationis cauſa
que probetur ad tempus accedere: quando ē tē/
poralis: prohibet in perpetuum: quando eſt per
petua: q̄ꝛ precepta negatiua obligant ſemper ⁊
ad ſemper. ¶ Unde ſi eſſet ꝓhibitum accedere
ad parituram monſtrum: ad ſemper obligare/
tur. Poteſt dici: ꝙ illud preceptum leuit. 18. Ad
mulierem menſtruatam non accedes: ſit iudicia
le. vnde modo non legat: vel non de ſua vxore:
ſed alia muliere. ¶ Conſulendum eſt igitur ſic
mulieri: aut mulier ſcit vel probabiliter credit vi
rum ſe exoſam habiturum audiens ab ea ō men
ſtruo ſuo: ⁊ tunc non tenetur reuelare: ſed reddit
debitum ſine peccato: ⁊ illa propter ignorantiaꝫ
non peccat: aut non credit: ꝙ propter hoc hēbit
eam exoſam: ſed credit ꝙ nō propter hoc dimit
tet quin cognoſcat eam: ⁊ tunc etiam non debet
dicere: ne eum faciat grauius peccare: ⁊ tūc vter
qꝫ excuſatur a mortali: ⁊ hoc poteſt perpendere
vxor ex alijs vicibus quibus renuēti nō acquie
uit: aut neutrum. i. credit ꝙ ex reuelatione men/
ſtrui: nec propter hoc habebit exoſam: nec eam
cognoſcet: ⁊ tunc ſi credit ꝙ adulterabitur: vł pe
ius facit nō dꝫ ēt dicere: ſed reddere autꝭ nil hor
ſed credit ꝙ abſtineat: ⁊ tūc ſibi dicat ꝙ ſi audi
ens non acquieſcat reddens non peccat: ſed pe/
tens peccat non tamē mortaliter. hec pe.

# Sextus eſt quando cō

iunx voluptatē ꝑuenit ⁊ prouocat diuerſis mo/
dis: vt manib⁹ vł cogitationib⁹ vł vtēdo calidis
⁊ incētiuis: vt poſſit pluries coire: hoc tn̄ nō ſim
plicit̄ intelligēdū ē: ſꝫ quando in talibus ꝑpara/
torijs ꝓpt̄ ſe delectat̄: ſicut ſi cōfricatiōib⁹ īpudi
ciſ mēbra attractādo ſeq̄t̄ pollutō ex̄ vas ōbitū
non eſt dubiuꝫ ꝙ eſt mortale: q̄ꝛ oīs pollutio ex

traoꝛdinaria ē peccatū moꝛtale que vigilādo ꝓ
curatur. Idem videtur ſi diu inſultat ī hꝰ:nō in
tēdendo venire ad actū cōiugalē: ſed finez ī his
ponere. Sed ſi quis cā generande ꝓlis vel vitā
de foꝛnicationis in ſe vel in ſocio:aut debitū red
dendi cū alias ſit impotēs:ſe ꝓuocet eſu vel po/
tu calefactoꝛ:aut oſculis ⁊ amplexibus:quibus
etiam aīalia ſe ꝓuocant:vt colūbi ⁊ vrſi:vel ali/
quibus alijs tactibus in quibus nō querit ꝓpter
ſe delectari:ſed ſolum ad actū illum ꝑparari:nō
videtur peccatū:q2 licet iuuare naturam coꝛpo
ris ad obediendū recte rōni. Item ſi hoc facit:
vt ſit potens cognoſcere vxoꝛem ꝓpter delecta
tionē:quam tamen nolet cum alia experiri:tunc
grauius ꝑueniendo delectationē:non tamē moꝛ
taliter:q2 non querit in hac ꝓuocatione delecta
ri:ſed in actu cōiugali. vnde videtur idē ſpe: qō
de fine. Item qui ſemē fundit extra:ne habe
at plures filios:quoſ nutrire nō poſſit:rē deteſta
bilem cum filio iude facit:⁊ eſt moꝛtale ⁊ reduci
tur ad.5.i.contra naturam. Si autem ante cōple
tionem actus ſe retrahit:nec ſemē emittit eadez
intētione:nō vr̄ moꝛtaliter peccare:niſi foꝛte ex
hoc mulier ad feminandū prouocaretur. Sed ſi
ꝓpter hoc obmittit cognoſcere vxoꝛē ex cōi cō
ſenſu:nec negat debitum:non vr̄ ꝙ peccet etiaz
venialiter:q2 lꝫ appetere non plures habere fili
os:ꝙ̄ poſſit nutrire:nec tenetur ipſe debitum pe
tere:nec actum inchoatum conſumare:niſi vxo
re petente. Hec omnia pe.excepto :quod dicit
alber.

## Septimus caſus ē cir/

ca actuꝫ coniugalē:qō eſt moꝛtale in denegante
debitum petenti omnino:ſi non hēat cām rōna
bilem:cum ſcriptum ſit.i.coꝛ.7. Uir vxoꝛi debi
tum reddat ⁊ vxoꝛ viro. Nolite fraudare inuicē
niſi conſenſu:vt vacetis oꝛationi. Et aſſignat ad
hoc pe.de palu.in.4.di.32.duplicē rationem.

Pꝛima eſt:q2 ſicut ſeruus eſt in ꝑtāte dn̄i:ita
vnus coniugum in ꝑtāte alterius quo ad reddi
tionem debiti. Unde dicit apl's.i.coꝛ.7. Uir non
habet poteſtatem ſui coꝛpoꝛis:ſed mulier ⁊ ecō
uerſo. Sed ſeruus tenetur de neceſſitate ꝑcepti
exhibere dn̄o ſuo obſequium debituꝫ ſeruitutꝭ:
ergo ⁊ vnus coniugum alteri. Secunda ratio eſt
q2 ſicut eſt contra iuſticiā alienum rapere īuito
dn̄o:ita contra iuſticiam eſt alienū petenti n̄ red
dere:niſi contra hoc legitima exceptio habeatur
ſed pꝛimum eſt moꝛtale:ergo ⁊ ſm̄. Sed coꝛpꝰ
vnius coniugum eſt res alterius ꝙ̄tum ad actū
matrimonij:ergo qui negat coniugū alteri coꝛpꝰ
ſuū ꝙ̄tū ad actū matrīonij:peccat moꝛtaliter ni
ſi vt dictum eſt habeat legitimā cauſam denegā
di:vt dicetur. Debet ergo alter alteri reddere
quocūq3 tpe ēt ſacro:vt in quadrageſima in ſolē
nitatibus ⁊ hꝰ. Quia non refert quomocūq3 qs
voluntatem ſuam exprimat:ideo ſiue expreſſe
ſiue interꝑtatiue:vt per nutꝰ ⁊ hꝰ:quis petat tene
tur alter reddere:q2 vt dictuꝫ ē non refert quo/
modocunq3 quis voluntatē ſuam exprimat ver
bis vl' factis.ff.de legi.l.ō quibus.⁊ maxime in/
firmioꝛi vaſculo in hoc cōpatiendum eſt:q2 ve
recūdius eſt mulieri petere:⁊ quacunq3 intentio
ne alter coniugum petat ōbitum ſiue cauſa ꝓlis
ſiue cā ſatiande libidinis:dūmodo naturaliter:
non debꝫ denegare alius non habēdo cauſam
ſufficiēter excuſantem. Nec hoc ē reddere gla/
dium furioſo:ſed magis prouidere ne īcidat in
dānabiles coꝛruptelas:ſicut in Teutonia vxoꝛe
militis negantis in vigilia paſche ōbitum:q2 ↄti
nuerat tota quadrageſima fratrē eius īpetiuit:
⁊ negantē iugulauit:⁊ reuerſa ad virum dixit:hꝰ
tu feciſti:q2 me facē coegiſti.ſ.non r̄ddēdo debi
tum:alia ſuppoſuit ſe iumēto. Un̄ ⁊ philoſophus
7.ethicoꝝ dicit ꝙ cōcupīe venereoꝛum ꝗbuſdā
inſanias faciunt:⁊ hꝰ niſi diſſuadēdo ceſſare face
res ab exactiōe ō cōſēſu eiꝰ. Idē ricar.pe.⁊ tho.
Qui ēt dic̄:ꝙ vir n̄ dꝫ admōere vl' mādate vxo
ri:vt non petat niſi ob rōnabilē cām:nec petētez
dꝫ auertere cum multa inſtantia .i.negare ꝓpter
multa ꝑicula. Et nō ꝙ augu.de anco.ſup epl'as
pauli dicit:ꝙ tripliciter cōtingit vxoꝛē debitum
petere a viro. Uno mō verbi expꝛſſione:quā/
do hoc petit. 2° ex ſigni demonſtratione:quan
do hoc vir ꝑpendit ex aliquo ſigno vel nutu.
3° ex nature conditione qn̄ ſcit naturā hoc rō/
nabiliter debere petere:ſciens tn̄ ipſam eē vere/
cunde nature:⁊ ꝓpter verecūdiā nō petere. Nō
ſolum ergo ꝑmo ⁊ ſecūdo caſu:ſed ⁊ tertio mo/
do petenti debet reddere:q2 in ꝙ̄tum pōt vir dꝫ
cōari:vt faciat vxoꝛē cōtentam:tam debitū red
dendo:ꝙ̄ ſigna beniuolētie ei oſ̄dendo:⁊ cū ea
familiariter cōuerſando. Idez de vxoꝛe erga vi
rum intelligendū:ſed q2 nō ita verecūdātur viri
in hoc:iō non ita dr̄ de eis. Sed in hoc aliqn̄ of
fendunt vxoꝛes:q2 ex ira vel indignatiōe contra
viros ſine cā rōnabili denegant debitū. Et aliq̄
ſub ꝑtextu deuotiōis:vt q2 ē quadrageſima vel
ſolēnitas magna vel foꝛte volunt cōicare in aliq̄
feſto denegāt debitum. Et ſi quidē hoc faciunt
rogando ⁊ ꝑſuadēdo viris vt volūtarie abſtine
ant laudabile eſt. Si āt nō acqeſcūt: ſed hoc oīo
volūt:⁊ ſcandalizātur ex negatiōe:male pn̄t ex/
cuſari a moꝛtali. Qō āt dr̄ in pꝛincipio quadra/
geſime. Egrediat̄ ſponſus de cubili ſuo:⁊ ſpōſa
de thalamo ſuo. Iohel.3.⁊.33.q.4.c.i.⁊ ſequētī:
ꝙ in vigilijs ⁊ ſolēnitatibus debēt cōiuges abſti
nere ab actu cōiugali:⁊ ō cōſe.di.2.oīs hō.dicit̄
ꝙ per tres quattuoꝛ vel ſeptē dies an̄ cōionem
ſumendā debēt coniuges cōtinere. Hec oīa ītel
liguntur de cōſilio reuerentie ⁊ vtroq3 conſenti
ente:vt dicit Gratianus.33.q.4.§.hoc āt.⁊ ſm ar
chi.ī roſ.⁊ tho.⁊ ricar.ī.4.⁊ n̄ ō neceſſitate obe
diētie. Un̄ n̄ rēddo exigēs debitū n̄ peccat moꝛ
talit̄:ſꝫ vēiale pōt eē niſi hꝰ facerꝫ ī ↄtēptū feſti vl'
eccleſie:q2 tunc moꝛtale eſſet :ſed reddens ī nul
lo peccat:ſed tenetur ad hoc de neceſſitate:alias

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

grauiter peccaret: nõ eni̅ eccleſia inijcit laqueos
aĩabus. 27. q. i. viduas. ſʒ ad meliora ꝓuocat ex/
hortando non ꝑcipiendo. Cauti ergo debẽt eſſe
predicatores ⁊ confeſſores in hac materia: ⁊ ita
hortari ad caſtimoniam: ꝙ nõ inducant ad ĩiu/
ſticiam vnum: ⁊ alterum ad incontinentiam.

## Caſus autẽ in quibus

cõiunx nõ tenetur reddere debitũ alteri petenti
nec peccat nõ reddendo: ponit pe. de palu. in. 4.
di. 32. eẽ quatuor. ¶ Et primus eſt: ſʒ ipſe ponat
in ſecundo loco: cũ ex hoc ſequitur periculũ pſo
ne reddenti debitum. Nam nõ tenetur ad hoc:
niſi ſalua conſiſtentia ſubiecti: ſicut natura ꝑmo
retinet nutritiue ⁊ augmentatiue gr̃a ſubiecti: ꝙ̃
miniſtret generatiue gr̃a ſpei. Imminet autẽ ex
multo coitu periculũ. Vñ philoſophus de lõgi/
tudine ⁊ breuitate vite. c. ſi. §. propter. dicit: ꝙ
ſp̃ma ſepi⁹ emiſſũ deſiccat: ⁊ ſeneſcit cito: ꝓpter
qð mulus longioris vite eſt equo ⁊ aſino: ex q/
bus genit⁹ eſt. Et femelle maſculis: ſi maſculi ſint
coitiui: ꝓpter qð paſſeres maſculi breuioris vi/
te ſunt femellis. Si autẽ infirmus vel vulnerat⁹
eẽt: coitus ſibi mortalis eſſe poſſet. Et idem dr̃
in balneis vel a balneis aliquibus ſubito reuer/
tenti: vnde tunc reddere nõ tenetur. Ex iſto pri/
cipio dicunt etiam aliqui ꝓbabiliter: ꝙ ſi vir eſt
fur ⁊ incorrigibilis: ꝓpter qð vxor cũ eo quoti/
die periclitatur ad mortem per iuſticiam recto/
rum: ꝙ poteſt fugere ⁊ eum relinquere ne moria
tur cum eo.

## Secunduſ caſus eſt de

impotentia coeundi: ꝓpter quã quis excuſatur:
q2 ſm iura. ff. de re. iu. l. ĩpoſſibiliũ. impoſſibiliũ
nulla eſt obligatio: ſiue per actum precedentem
qð tñ in muliere locum non habet cõiter: ſiue ꝑ
aliam cãm: ita tamẽ ꝙ ſi propter culpam ſuã pec
cauit reddendo ſe ĩpotẽtem indiſcreta afflictiõe
vel pñia: ĩputatur ſibi: ſi propter hoc alius ĩcidit
in dãnabilem corruptelã. Sed multo minus ex
cuſatur: ſi ĩpotens eſt effectus propter alias illici
tas cãs vel corruptelas. Nec ergo iniũgenda eſt
tam grauis pñia: ꝙ ſit impotens ad reddendũ
debitum vxori iuuencule ⁊ feruẽti: puta ieiunia
⁊ vigilie que deſiccant ſperma. Nam multũ vi/
gilantes raro ſpermatizant: nec in ſõno meredia
no: qui eſt tenuis ſit reſolutio: nec in ſõno ſoliciti
delectatione vel ſermone: ſed in ſõno profũdo:
maxime in aurora digeſtione completa ⁊ hora
ſanguinis: ⁊ propter ieiunia minuitur. vnde ra/
ro in quadrageſima ⁊ ſine cena. Retulit medic⁹
quidam virum quendam ad ſiccitatẽ tiſice de
ductum: q2 poſt prandium ſtatim conſuerat co
gnoſcere vxorem: nec etiam vxori conſulendũ
eſt facere tam graues pñias: vt reddatur defor/
mis ſuo viro: vel ſit in maciem vel perniciẽ ſue
ꝓlis vel impedimentum conceptus: nec tamen
tenetur vir vti calidis vt ſit potens: ſed ſufficit ꝙ
non ſe faciat impotentem. ad hunc caſum redu/
citur quandocũqʒ poteſt reddi ſine peccato rõe
loci vel voti pariter facti de continendo vl' alia
cã que ſit impoſſibilis de iure.

## Tertius caſus ẽ de for

nicatione: q2 fornicanti non tenetur alius debi/
tum reddere: cũ dñs permittat ob fornicationẽ
dimitti. ſ. quo ad actum coniugij. Et hoc niſi ⁊
ipſe fornicetur poſtea: q2 paria dlicta mutua cõ
penſatione tolluntur. aut debitum petierit: ⁊ ſic
ſibi reconciliauerit: vt dicit papa de lothario ⁊
thebercha. Et ad iſtũ caſum reducitur omne cri
men propter qð coniũx perdit ius petendi debi
tum: puta ſi ſcienter alter baptizat vel teneat ad
baptiſmum extra neceſſitatẽ proprium filium:
vel teneat in confirmatione ⁊ hi⁹: q2 ex quo ac/
tor perdit ius petendi: reus habet ius non debẽ
di ⁊ negandi ſeu excipiendi: ⁊ de h° infra plen⁹.

## Quartus caſuſ eſt in le

proſo: quando. ſ. ex hoc imminet ſano periculũ
mortis vel ſimul infectionis ex redditione: nec
etiam tenetur cohabitare ſanus: quando etiam
ex ipſa cohabitatione immineret tale periculũ:
quo ſuppoſito loquuntur iura: extra de coniu. le
pro. c. 2. Utrum autem ex redditione debiti: in
huiuſmodi immineat periculum infectionis: q̃/
rendum eſſet a medicis ⁊ eis credendum. ¶ Di
cunt autem medici ꝙ viro accedente ad lepro/
ſam imminet ei magis periculum infectionis: ꝙ̃
mulieri ſi cognoſcatur a viro leproſo. Et iſtud ñ
videtur dubium: quando mulier eſt infecta vlti
ma ſpecie lepre: que dicitur leonina: in quo caſu
vir non tenetur reddere. Si vero non eſſet no/
tabiliter infecta: ꝙ immineat periculum tenet̃
reddere: ⁊ multo magis mulier viro leproſo: cũ
non tantum immineat ei periculum. Lepra cui
ſuperueniens non ſoluit matrimonium contrac
tum de preſenti: ſicut ſoluit ſponſalia: nec excu/
ſat a redditione debiti niſi vt dictum eſt: cum pi
culum imminet: non obſtante ꝙ filius generet̃
leproſus. Melius eſt enim ſic eſſe: ꝙ̃ nõ eſſe: nec
alius prohibetur iure ſuo vti: ꝙ̃uis inde alteri
malũ eueniat tpale maxĩe ſi ſibi ĩmineat piculũ
ſp̃uale: puta ĩcidere ĩ dãnabilẽ corruptelã: q2 le
proſi ꝓpter ĩteriorẽ calorẽ dicũtur multũ appe
tere actũ illũ: nõ tñ tenet̃ cohitare ĩ domo cum
leproſo: q2 magiſ ĩficeret̃ ex diutina cõuerſatiõe
ꝙ̃ ex vna cõmixtiõe: ſed dʒ ꝓpe domũ manẽ ſʒ
ala. ⁊ cõmunẽ opinionẽ. Goſ. tñ dicit ꝙ manẽti
leproſo ſepatĩ a leproſis cõiũx ſana tenet̃ coha/
bitare: non aũt ſi maneat cũ leproſis: ſed ꝑma
opi. ꝓbabilior: ex̃ de coniu. lepro. c. 2.

## Octauus caſus eſt cũ

habens ĩpedimentũ exigendi rõne voti vel affi
nitatis exigit. nam ꝙ̃uis habẽs votũ ſimplex: ſi
cõtrahat teneat matrimoniũ: tñ exigere nõ põt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

debitum:ſed exactus tenetur reddere ⁊ exigen
do:ꝗuis Jo.an.in decretali videatur quaſi tene
re ꝙ non peccet:ſubdit tamē:ꝙ qꝛ tho.i.4.ſ.di.
38.q.i.ar.3.q.2.ad.3.tenet ꝙ talis peccat mortali
ter:qꝛ facit contra votum cum adhuc poſſit illō
implere:ꝗtum eſt ex parte ſui.ſ.vt non exigat:iō
teneamus cum eo:⁊ hoc niſi diſpenſetur. Et q̄a ī
voto continentie ſolus papa diſpenſat:ideo a pa
pa petenda eſt diſpenſatio:ꝗuis aliqui vt Guil.
dicant epm in hoc caſu poſſe diſpenſare. Simi-
liter qui cognouit cōſanguineam vxoris :poſtꝗ̄
contraxit per verba de p̄nti cum ea:lꝫ matrimo
nium iam contractuꝫ per hoc non dirimatur:tn̄
talis ꝓhibetur ab exactione debiti vxoris:ſed n̄
a redditiōe:⁊ ſi petat peccat mortaliter quouſqꝫ
ſecum in hoc diſpenſetur. Et dicit pe.de palu. in
4.ꝙ eps in hoc poteſt diſpenſare:qđ tamen nō
eſt clarum:de papa nō eſt dubium. ¶ Qui etiā i-
greſſus eſt religionem aliquam approbatā non
animo ꝓbandi:ſed firmiter perſeuerandi:⁊ po-
ſtea egreſſus ante ꝓfeſſionem contrahat:qꝛ talis
ingreſſus habet vim voti ſimplicis:vel ſꝫ alios
vim voti ſolēnis:exigendo debitū ab vxore pec
cat mortaliter. Et ſi hoc haberet vim voti ſolē
nis:nec etiam poſſet reddere abſqꝫ mortali niſi
ſecum diſpenſetur a papa. Sed de hoc vide dif-
fuſe in.2ª parte ti.de voto:⁊ plenius infra in.2ª p-
te huius tertie in titulo de ſtatu religioſoꝝ. Dicit
Guil.ꝙ etiam in illis locis vbi conſuetum ē:ꝙ
prius adhibeatur benedictio nuptialis ante cō-
ſumationem matrimonij:ſi abſqꝫ diſpenſatione
hoc vtatur coniugio ante ipſam benedictionem
⁊ ſine iuſta cauſa peccat mortaliter. Sꝫ Ricar.
in.4.magis declarans:dicit ꝙ ꝗuis actus coniu
galis regulariter ſit licitus:tamen aliquo modo
vel tempore per accidēs poteſt eſſe illicitus:⁊ hº
propter ſcandalum populi:vt in clandeſtino ma
trimonio:anteꝗ̄ eccleſie innoteſcat vel propter
eccleſie prohibitionem:que alicubi prohibet cō
iuges carnaliter commiſceri ante ſolēnitatē ma
trimonij:quam tamen ſolēnitatem quidam di-
cunt obſeruandam:⁊ contrarium faciens prohi
beri reſpectu actus petendi debitum:non reſpe
ctu reddendi. vnde peccaret tunc exigens ⁊ non
reddens. Et licet ante benedictionem huiuſmo
di exigēs mortaliter peccet:tamen poſtꝗ̄ ſemel
exegit:non peccabit vlterius ſecundum quoſdā
niſi nouo contentu exigat. Etiam tho.in.4.dicit
ꝙ ſi ſponſa admittat ſponſum ad actum coniu-
galem ante benedictionem credens eum velle
conſumare matrimonium:non peccat niſi ſigna
appareāt fraudis expꝛſſa:vt ſi ſit cōditio multū
diſtans ꝓpter nobilitatem vel diuitias:tn̄ nō te
netur reddere de neceſſitate.

## Nonus caſus eſt quā-

do alter coniugum manet in adulterio manife-
ſto:tunc alius hoc ſciens certe non poteſt exige
re nec reddere debitum in adulterio permanēti

dum.ſ. eſt incorrigibilis. Preſumitur autem in-
corrigibilis ſm ricar.qn̄ pertinaci aīo corrigi rē
nuit:aut quādo correctionē ꝓmittens ex conſue
tudine relabitur:alias exigendo vel reddendo
mortaliter peccat:qꝛ facit contra conſtitutionē
eccleſie ſm hug.32.q.2.ſi quis vxorem .⁊ in alijs
c. Quidam tn̄ excipiunt hunc caſū:qn̄.ſ. exigeret
qui eſt īnocens timore incōtinentie: ne incurre-
ret in ipſam:qꝛ tunc nō peccat ſm archi.in roſaº
⁊ tho.⁊ ricar.in.4.qđ etiam recitat io.in ſumma
confeſ. Adulterans āt:qꝛ peccando in lege ma-
trimonij actu cōiugali indignū ſe reddit non dꝫ
exigere niſi purgata culpa:alias peccat reddere
tamē tenetur exactus ſm ray. ¶ Circa hāc ma-
teriam humanius loquitur pe.de palu. in.4 .ſic
dicens ꝙ ſunt.5.caſus ī quibus īnocens n̄ tenet̄
dimittere adulterantem coniugem licet poſſit.
¶ Primo.ſ.quando eſt occultū:qꝛ ceſſat ratio
de ſcandalo. ¶ 2º.quando correcta eſt vel ē ſpes
de correctione. ¶ 3º incorrigibileꝫ aīo poteſt cō
peſcere includendo ⁊ ſic cohibēdo ne exeat:⁊ ꝙ
nullus intret niſi ipſe. ¶ 4º quando plus cohibe
tur ſaltem propter hoc:ꝙ retinetur ꝗ̄ expoſita:
que eo ipſo ꝓſtituet. ¶ 5º quando timet ſibi de
incōtinentia:qꝛ non tenetur plus vir corrigere
vxorem:ꝗ̄ dn̄s famulum vel ſeruum excōicatū
non tenetur expellere:ſed licite poteſt ab eo de-
bitum ſeruitium expetere:⁊ tamē eſt minus de-
bitum ꝗ̄ ab vxore vir. Sic ergo vir cum detri-
mento iuris ſui ⁊ periculo non tenetur expellerē.
Sed qꝛ hic timet ſcandalū ⁊ propter ſcandalū
phariſeorum non tenetur homo dimittere ius
ſuuꝫ:prius debet exponere illis:qui ſciunt illam
fornicariam : non vt foueant illam in crimine
ſed magis vt eaꝫ melius cohibeat a peccato iux
ta ſe retinet:⁊ cum hoc ſit veriſimile. Si quis
ex hoc ſcandalizatur non eſt ſcandalum puſillo-
rum:⁊ cum non poteſt dimittere ſine p̄iculo ſuo
licite poteſt retinere. Auctoritates igitur que di
cunt ꝙ non licet eam retinere:loquuntur:quādo
non poteſt ſine ſcandalo :vel propter hoc ꝙ reti
netur deterior efficitur:vel quādo non propter
ſui periculum hoc facit. ¶ De muliere dicit idem
pe.ꝙ non ſic ipſa tenetur virum dimittere: quia
non habet ſic corrigere facto:⁊ eſt veriſimile ꝙ
quando accedens ad vxorem:tanto minus ac-
cedens ad fornicariam. Vnde cum iſto caſu licet
viro adulteram retinere:multomagis ecōuerſo
⁊ plus:qꝛ cum ipſa non habeat virum corrigere
facto ſed verbo:non tenetur eum dimittere :niſi
quando nollet eam cognoſcere īnaturaliter: tūc
enim propter hanc fornicationem innaturalem
tenetur dimittere quo ad torum:ſic ꝙ prius per
mittat ſe occidi:ꝗ̄ ꝙ conſentiat ſic ſe abuti. Iteꝫ
propter fornicationē ſpualem:ſi timet ne coha-
bitando ipſam peruertat:etiam quo ad domum
tenetur eum dimittere:alias ſi nō timeret de hoc
ius ſuum petere non prohibetur maxime ꝓpter
periculum incontinentie.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# In ſecundo principali

videndi ſunt caſus: ĩ quibus actus cõiugalis ē pec
catum veniale: ꝛ ſunt. 6. caſus ſm pe. de pa. in. 4.
di. 31. ¶ Prim⁹ eſt quãdo precedit aliqua deor
dinatio ratiõis: ſed nõ tãta: ſicut ĩ predictis caſi
b⁹: ĩ quib⁹ eſt mortale: puta petere tẽpore ſacro:
ꝛ ſi reſpect⁹ ſit ad delectationẽ grauis eſt culpa:
venialis tamẽ ſi ad lubricũ ꝛ ĩfirmitatẽ ſue mẽ
tis: cui⁹ eſt cõſcius minus veniale. Vix tamẽ cõ
tingit: ꝙ in precipuis feſtiuitatibus ſit graue: ſꝫ
veniale ſm bonauenturã. ¶ Secũdus eſt petẽ
cã delectationis intra limites tamẽ matrimonij
ſemper eſt veniale: ſicut comedere ꝑꝑ voluptatẽ
qđ eſt cibus ad ſalutem hominis. ſ. indiuidui ne
ceſſarius: hoc coitus ad ſalutẽ generis dicit au
gu. ¶ 3⁹. cum ſit cauſa infirmitatis vitande: quia
ꝗuis vtrũqꝫ liceat ſeorſũ appetere: nõ tamẽ vnũ
ꝑꝑ alterum: qꝛ iſta cauda non iſtius vituli. ¶ 4⁹
quando incipit petere vel rđdere bona intentio
ne: poſtea mutet intentionem: ita ꝙ nunc vellet
cauſa delectationis: ꝛ hoc extra horam deciſio
nis ſeminis: quia tunc non habet vſum rationis
¶ 5⁹ qñcunqꝫ aliud intendat: ꝗꝫ id ad qđ ordina
tur coniugiũ. ſ. vel ad ꝓlem vel ad reddendũ de
bitum. ¶ 6⁹ eſt qñ hoc agit cã vitãde fornicatio
nis: lꝫ hac intentione cõtrahere nõ ſit ẽt veniale:
¶ Sed circa hoc vt dicit idem pe. de palu. ſunt
due opi. vna eſt ꝙ petere cã vitande fornicatio
nis in ſe nõ in altero ſemper ē peccatũ: qꝛ omnis
ſuperabundantia paſſionis eſt peccatũ: ſed hic ē
ſupabundantia paſſionis hac cã petere: ergo. ¶
Alij ſimpliciter dicunt ꝙ nõ eſt peccatũ. Ricar.
in. 4. vtrãqꝫ ponit ꝛ neutrã ꝓfert. Pe. vero de
palu. vbi ſupra per diſtinc. quãdam vtranqꝫ con
cordat ſeu ſaluat. aut enim talis cognoſcit vxo
rem cauſa vitande in ſe fornicationis: quamuis
poſſit alio modo vitare mẽti occurrente: ſꝫ ma
gis vult iſto modo delectabili vitare: ꝗꝫ mõ non
delectabili: vt domãdo carnẽ fugiendo conſor
tia incitantia: ꝛ hi⁹ que poſſet faciliter vitare: ſed
vult cum voluptate vitare: ꝛ ſic eſt veniale: quia
ꝓfert voluptatẽ carnis abſorbentẽ rõnem ei qđ
conſeruat vſum rõnis: ꝛ attingit ad finem. Et au
gu. ponit inter peccata venialia vti coniugio nõ
debita intentione: di. 25. §. alias ea. ꝛ ſic eſt vera
ꝓma opinio: aut ille exercet talẽ actum ad vitan
dũ fornicationẽ nõ qꝛ delectabilior: ſed qꝛ tũc
nõ poteſt alio mõ melius eã vitare: ita ꝙ volup
tas nõ mouet eũ: ſed amor vitande fornicatiõis
quã ꝓ tunc non poteſt melius vitare: puta qꝛ hꝫ
loqui ĩ ſecreto alij mulieri: de qua expertus eſt ſe
tentari: ꝛ hi⁹: ꝛ tunc nullum eſt peccatũ: ſi ꝓles ñ
ſperatur: qꝛ tunc ſemꝑ illa eẽt ꝓmittẽda ĩtentio:
ꝛ ſic verificatur ꝓma opinio que dicit nõ eẽ pec
catũ. In tertio ſunt explicandi caſus in quib⁹ ac
tus coniugalis eſt meritum: vel ſi nõ eſt meritũ
nullum peccatum. Et Pe. de palu. diſtinc. 32. q.
3. ponit in principio quatuor caſus in quibus ac
tus coniugalis eſt meritorius. ¶ Et primus
eſt: quando quis habens gratiam reddit debi
tum: qđ eſt actus iuſticie: qꝛ reddit qđ dꝫ. ¶ Se
cundus eſt quando petit cã ꝓlis generande ꝛ ad
cultum dei educande tempore ꝛ modo debitis
ꝛ hic eſt actus latrie ſeu religionis. ¶ Tertius ē
quando hoc facit ad conſeruandũ comparē ſu
um a fornicatione ꝛ hoc eſt actus charitatis.
¶ Quartus: quando facit cã vitande fornicatio
nis in ſe quam probabiliter credit non aliter vi
tandam: vt dictum ē in ꝓcedenti. §. ꝛ videtur ac
tus prudentis vel caſtimonie. Quandoqꝫ vero
actus coniugalis eſt indeferens. i. nec meritorius
nec demeritorius: puta cũ coniunx vno de qua
tuor modis nunc dictis exercet actum illum: qꝛ
omnis actus qui eſt meritorius habenti gratiã:
eſt indifferens non habenti eam. Non enim eſt
meritorius ꝑꝑ carentiam grẽ que eſt principiũ
merendi: nec demeritorius ꝑꝑ carentiam culpe
in tali actu cui ſolum debetur pena. Et poſſit cõ
iugium eẽ ſine peccato quantũ ad actum eius: ꝓ
bat ĩno. di. 26. deinde. per hoc ꝙ deus inſtituit ꝛ
mandauit actum coniugij dicẽs. Creſcite ꝛ mul
tiplcamini. ꝛ ante lapſum. geñ. primo ca. ꝛ poſt
diluuium. geñ. 8⁰ c. Et ſi arguam ꝙ homo erube
ſcit de tali actu ergo eſt peccatum: qꝛ erubeſcen
tia eſt de turpi qđ reſpicit culpam? Reſpondeo
ꝙ erubeſcentia non ſolum eſt de turpitudine pti
nente ad culpam: ſed etiam de ea que habet ſpe
ciem culpe: talis autem eſt actus matrimonij: eo
ꝙ eſt eiuſdem nature in ſpẽ cum actu fornicatio
nis: ſed excuſatur propter bona matrimonij vt
dicitur. Eſt etiã erubeſcentia non ſolum de ma
lis culpe: ꝛ de habentibus ſpeciẽ mali: ſed etiam
de omnibus defectibus naturalibus: vt egeſtiõe
ꝛ hi⁹. ¶ Notandum eſt etiam: quõ actus coniu
galis dicitur excuſari a peccato propter tria bo
na matrimonij: que ſunt fides ꝓles ꝛ ſacramẽtũ
Unde augu. dicit. Omne nuptiarum bonum fu
it in parentibus xpi fides proles ꝛ ſacramentũ.
Prolem cognouimus dominum chriſtum fi
dem qꝛ nullum adulteriũ: ſacramentum quia
nullum ibi diuortium. Solum ibi ille carnalis
concubitus non fuit. 27. q. 2. omne. Pro cuius
declaratione dicit pe. de palu. in. 4. di. 31. q. i. ꝙ
cum actuũ humanorum ſit triplex differentia:
qꝛ quidam ſunt boni in ſe: vt deum colere ho
norare parentes ꝛ hi⁹: quidã mali ex ſe: vt blaſ
phemare peierare ꝛ hi⁹: quidam indifferentes:
vt comedere leuare feſtucam ꝛ huiuſmodi. Bo
ni actus de ſe non indigent excuſatione: quia nõ
ſunt mali: nec habent ĩ ſe ſpẽ mali. qđ eſt malũ
vel habet ſpeciem mali eſt illud quod indiget
excuſatione: mali actus de ſe non capiunt excuſa
tionem: quia ex quo mali ſecundum ſe ſunt: ex
cuſari a malo non poſſunt. Reſtat igitur: ꝙ ac
tus indifferentes: qui ſcilicet poſſũt bene ꝛ ma
le fieri: indigent excuſatione cum habent ſpẽm
mali: ex eo ꝙ ſecundum ſpeciem nature ſũt idẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum actibus malis ⁊ ea que talem actũ excuſãt ſunt circũſtantie finis ⁊ obiecti ⁊ hi⁹: que trahũt actũ talez ad mediũ virtutis. Sed ſciendũ: ꝙ eſt ĩdifferens aliquis actus dupliciter. Uno modo ꝑ omnimodã equalitatẽ abſtrahendi a bono ⁊ malo: ⁊ tali actui nõ aſſignãt bona excuſantia: ſicut leuare feſtucã vel comedere. ita enĩ poſſunt bene fieri ſicut male. Alio modo ſic eſt aliqs actus ĩdifferens: ꝙ q̃uis poſſit bene ⁊ male fieri: magis tñ de ſe tendit ad malum q̃ȝ ad bonum: ⁊ ſibi relictũ eſt malũ: niſi aliquo addito trahat̃ ad bonũ: ſicut ĩ ſomno ⁊ dormitione: que poteſt bñ ⁊ male eligi: tñ qꝛ in eo ligat̃ liberũ arbitriũ: vt nõ poſſit dormiẽdo bñ cogitare vel bñ velle: hẽt detrimẽtũ boni rõnis ãnexum. Unde ſm ſomnũ ĩ ſe cõſideratũ ñ differt felix a miſero ſm phi. 2° ethicorum. Unde ñ poteſt ſomnus eligi niſi male: niſi ꝓpter aliquod bonũ recõpenſans illud temporale dãnũ rõnis aſſumat̃: puta quia poſt ſomnũ hõ promptior ſurgit ad bonũ virtutis: qꝛ nimia vigilia ẽt vſum rõnis ꝑdit. Et ideo ſõnus de ſe ex hoc ſpecialiter de ſua natura requirit bona excuſantia ipm: puta cõſeruatiõe ĩdiuidui: quietationẽ virium naturalium: fortificationeȝ digeſtiõis ⁊ hm̃. Et ſic eſt in cõiugio cogitat que mundi ſunt. ⁊ diuiſus eſt: ⁊ ĩ illo actu nihil põt intelligere: ideo talis actus indiget bonis predictis excuſãtib⁹ a peccato. Unde Hiero. ſup Matheum. Cõnubia legitima carẽt quidẽ peccato: nõ tñ illo tempore quo carnales act⁹ gerũt: dabit̃ pñtia ſpũs ſancti: ⁊ ſi ꝓpheta ille videat̃: qui deſeruit generatiõis obſequio. 32. q. 2. cõnubia. ⁊ vt dicit ibi glo. ñ ĩtelligit̃. ꝙ grã ſpirit⁹ ſancti ĩ illo actu amittat̃: ſed qꝛ act⁹ ꝓphetandi ⁊ ſpeculãdi tũc ĩtermittit̃: qꝛ tot⁹ ibi hõ carneus efficit̃. Sufficientia ãt hoꝝ bonorum excuſantium ſic ſumitur ſm pe. vbi ſupra. Matrimõiũ eſt ĩ officiũ nature: ⁊ ſm hoc hẽt bonũ prolis ꝓ fine ĩtento ꝑncipaliter: qꝛ natura intẽdit cõſeruationẽ ſpeciei: que nõ eſt niſi per generatiõeȝ ĩ cõporib⁹. ¶ Secũdo matrimõiũ eſt in fedus humane ſocietatis: vt dr̃. C. de cri. expil. here. l. aduerſus. qꝛ vxõ eligit̃ ſocia diuĩe ⁊ humane domus: ⁊ ethicoꝝ. 4. dicit̃ ꝙ amicitia viri ⁊ mulieris eſt naturalis: ⁊ ĩcludit ĩ ſe bonũ vtile delectabile ⁊ honeſtum: ⁊ ſic hẽt bonũ fidei: prout fides eſt facere dicta. i. ꝓmiſſa ſeruare reddendo debitum: ⁊ alteri ſe ñ cõmiſceri.

## Tertio ẽ ſacramentuȝ

eccleſie: ⁊ ſic ĩ eo eſt bonũ ſacramenti: put ſua ĩdiuiſibilitate ſignificat cõiũctioneȝ chriſti ⁊ eccleſie: ⁊ qꝛ illa ſignificata fuit ĩſepabilis ⁊ eſt: iõ ĩſeparabilitatem vſqȝ ad mortem efficit bonum ſacramenti. Et bonum quidem prolis ⁊ fidei ñ ſemper habetur: ⁊ durat vſqȝ ad mortem: quia aliquando non generatur proles: ⁊ adulterium cõmittitur. Sed ſacramẽti bonũ. ſ. ĩdiuiſibilitas quo ad vĩculũ durat vſqȝ ad mortẽ: ⁊ quid ſit illud vĩculum: declarat ſm tres opi. qꝛ ſȝ aliquos eſt ſola ⁊ pura relatio: ⁊ forte ratiõis ſȝ alios: ꝙ vĩculum eſt aliquid abſolutũ ⁊ ĩ corpore. i. aliq̃ diſpoſitio ad gratiaȝ. Et ſic ĩ prima vel ſcḋa ſpecie qualitatis. ſm alios: ꝙ eſt aliquid reale: ſed eſt ſubiectiue ĩ anima: quia diſpoſitio ad gratiã gratum faciẽtẽ: qualis eſt diſpoſitio ſacramẽtalis ẽ ĩ anima: ibi potes videre: ſubtilis materia eſt.

¶ De quarto. ſ. de nuptijs: ĩ quib⁹ cõſumat̃ matrimõium. Uñ dicantur nuptie. oſtẽdit ambro. ĩ libro de patriarchis. d. Nec illõ ocioſum: ꝙ cuȝ veniret rebecca vidit iſaac deambulãtem: ⁊ cognito ꝙ ille erat: cui duceret̃ vxor: deſcendit ⁊ caput ſuum obnubere cepit: geñ. 24. c. docẽs verecundiam nuptijs preire debere: inde ⁊ nuptie dicte: eo ꝙ pudoris gratia ſe puelle obnuberẽt. 30. q. 5. nec illud. Et quia de hoc ſatis dictum ẽ ſupra in tractatu impedimentorum ipſarum nuptiarum: ideo alia hic nõ ponimus.

## ¶ De diſſolutiõe ſeu diuortio mr̃imonij. ca. 21.

DE diſſolutione ſeu diuortio matrimonij contracti per verba de preſenti quo ad vinculum: vel conſumati quo ad torum. Circa quod videnda ſunt tria.

¶ Primum ꝙ omne matrimõium ſiue carnale ſiue ſpirituale per religionem ſeu prelationem ſiue ratum tantum ſiue cõſumatum diſſoluitur per mortem naturalem ſm ius cõmune ſm pet. de pal. in. 4. di. 27. q. 3. quia mors omnia ſoluit ĩ autentico de nuptijs. §. deiceps. vnde poſt mortem vnius alter viuẽs contrahere poteſt cũ alio Ro. 7°. Mortuo viro ſoluta eſt a lege viri: cui vult nubat tãtum ĩ domino ideſt legitime. Et qꝛ obligatio ſemel extincta nõ reuiuiſcit: ideo ſi coniugatus mortuus reſuſcitet̃: nõ eſt matrimonio obligatus: ⁊ q̃uis ĩ ſacramentis imprimẽtibus characterez ĩ reſuſcitato non debeat iterari ſacramentum. quia baptizatus vel confirmatus vel ordinatus reſuſcitans non iterum baptizatur vel confirmatur vel ordĩatur: ⁊ hoc propter characterẽ impreſſum indelibilem matrimonium tamen quia characterẽ non imprimit: ⁊ vĩculum eius eſt corporale: ⁊ corpus reſpicit: licet aliquo modo etiam ſit ſpirituale ĩquãtum eſt diſpoſitio ad gratiam: ⁊ ſic videtur eſſe in parte ĩtellectiua: ideo ſicut in corpore corrupto morte corrumpuntur potentie organice nõ alie: ſic ſacramentum carnale matrimonij non alia ſacramenta. Lazarus igitur reſuſcitatus: ſi hẽbat vxorem: non eam recuperaſſet: niſi de nouo cum ea contraheret: ſed bona que teſtatus fuiſſet ñ recuperaſſet: quia in donatione cauſa mortis pluſ ſe q̃ȝ alium cui donat vult habere. Unde intelligit̃ tacita cõditio. ſi moriatur cũ effectu. i. permanẽs in morte. idem ſi ab ĩteſtato. qꝛ defertur nõ niſi ꝑ cõiũctiõem ad morientem: qui eſt ſibi magis

vnus ꝗ̃ alius. Idẽ ſi fiſcus ea acceꝑerit ĩ defectũ
heredum:qꝛ ſi fiſcus parenti ꝓpinquo reddere
tenetur.multo magis ei reſurgẽti. Pari rõne ma
trimoniũ ſpirituale diſſoluit̃ ꝑ mortem natura/
lem:vꝫ ingreſſum religionis cũ obligatiõe ꝓfeſ/
ſionis. Nam religioſus reſuſcitat᷒ nõ tenetur ad
obſeruantiã religionis: qꝛ ſeruitus ꝑſonalis:que
debet̃ a ꝑſona ratione perſone:vt in mr̃imonio
ꝛ religione extinguũt̃ morte.quod ẽt patꝫ ex v̄/
bis ꝓfeſſionis aliquoꝝ:qui promittũt ĩ ꝓfeſſio
ne obedire vſqꝫ ad mortẽ. Et ſimiliter curatus
ꝛ eps̄ reſuſcitat᷒:ꝗ̃uis retineat cõſecrationẽ:nõ
tñ retinet eccleſiã:niſi ſibi noua electiõe vel pro
uiſiõe cõferat̃:qꝛ mortuus ẽ ſpõſe ſue.i. eccleſie
quã hẽbat.hec pe.

Secundum eſt ꝙ ꝑ mortẽ ciui
lem.i.ꝓfeſſionẽ
tacitã vel expreſſã ĩ religiõe approbata diſſol/
uit̃ matrimoniũ carnale cõtractũ ꝑ verba de pñ
ti quo ad vĩculũ:ita ꝙ remanẽs in ſeculo poteſt
cũ alio libere cõtrahere:niſi ipe ſe ꝑ votũ obli/
gaſſet:ſed cõſumatum quo ad torũ.i.cohabita/
tionem ꝛ debitũ:qñ ĩgreſſus religionis fit cum
debitis circũſtãtijs:nõ autẽ quo ad vinculũ diſ
ſoluit̃:vt.ſ.remanẽs ĩ ſeculo poſſit cũ alia cõtra/
here viuente cõiuge ſm pe.de pal.in.4.di.27.q
3.vbi notat ipe quatuor caſus: ĩ quibus licet cõ
iugato ĩgredi religionẽ. Primus qñ poſt ma
trimoniũ cõſumatũ alter cõiugiũ fornicat̃:quia
fornicãte ẽt inuito alter põt ĩgredi religionẽ:niſi
ꝛ ipe ĩ hoc deliquerit:vel ſibi poſt fornicationẽ
reconciliauerit:videlicet exigendo vel reddẽdo
debitum.ſi enĩ lꝫ diſcedere in ſeculo remanenti:
multo magis in clauſtro:exẽplũ in paulo ſimpli
ce. Ad iſtũ tñ caſum addũt doc.diſtinctionẽ. Di
cit.n.tho.in.4.ꝙ talis cũ eſt certus de fornica/
tione coniugis:poteſt dimittere quo ad torũ.ſ.
denegando debituꝫ ꝓpa auctoritate:ſed quo ad
cohabitationẽ non põt ipſe dimittere:vnde nec
in religionẽ intrare niſi eccleſie iudicio:ꝛ ſi dimi
ſerit dꝫ cogi ad recipiendũ.ꝛ hoc dicit hoſti.niſi
incontinẽti vellet ꝓbare fornicationẽ.Et ſi pro
bet infra octo dies nõ reſtituet̃:ſi nõ ꝓbet coge/
tur r̃cipere:ꝛ ſic poteſt ĩtelligi illud.33.q.2.eccl'ia.
Addit ẽt hoſti.ꝙ ſi eſt notoria fornicatio poteſt
dimittere ẽt ꝓpa auctoritate:extra de diuorc.ſi/
gnificaſti.idem ĩno. Addit ẽt Guil.ꝙ ẽt ſi ſit no
torium adulteriuꝫ:ꝛ nõ moretur cũ adultero vł
adultera nõ poteſt dimitti niſi iudicio eccleſie:
quo ad cohabitationẽ:alias poteſt dimittere.Et
ſimiliter ſi poſtqꝫ illũ vel illã fornicantẽ ſeu adul
terantem dimiſit notorie fornicetur:ꝛ nõ ſi non
moretur cũ adultero poteſt dimittere ꝛ intrare
monaſteriũ. 2ᵘˢ caſus eſt:qñ matrimonio cõſu
mato de cõi aſſenſu intrant ambo religionẽ:ille
virorum ꝛ illa monialiũ ꝛ profitentur:ſicut ꝓlu
res factũ eſt:ꝛ tunc diſſolutũ eſt matrimoniũ:ꝗ
ad torum ꝛ cohabitationẽ:non quo ad vinculũ.
vnde ſi diabolo inſtigante vnus coꝝ egrederet̃
non ꝓpterea poteſt alter exire ad requiſitioneꝫ
eius:ſed dꝫ cõpelli ad reditũ:nec ẽt ſi in viſitan
do vnus ab altero exigeretur:dꝫ alter reddere:
vt fecit eps̄ lugdunẽ.genebaldus viſitans vxorẽ
ſuam monialẽ:ex qua ſuſcepit filiũ vocans eum
latronẽ:ſed peccato cõfeſſo ſancto r̃migio:ꝛ pe
nitentia ſibi ĩpoſita peracta:interim ſanct᷒ remi/
gius gubernanti eccleſiã ſuã: qꝛ eũ ſuſpenderat
ab executione officij:angelo ſibi reuelante pec/
catũ dimiſſũ ſanctus remigius euꝫ reſtituit ſue
dignitati. Tertius caſus eſt:qñ altero cõſenti/
ẽte ꝛ in ſeculo remanente vbi nõ eſt timor incõ
tinẽtie:puta qꝛ eſt multi temporis ꝛ honeſte vi/
te:alius intrat religionẽ:ꝛ tunc ſi ſit conſumatũ
matrimoniũ:qui remanet non poteſt cũ alio cõ
trahere matrimoniũ:qꝛ adhuc durat vinculum
coniugale:imo nec eo mortuo:qꝛ intelligitur cũ
eo continentiã ꝓmittere:ſed ſi eſt timor de incõ
tinentia remanentis qd̕ ſatis ꝑſumitur:cũ eſt iu/
uenis:vel qꝛ leuis ꝛ ſuſpectus non dꝫ alter ſiñ al
tero intrare vel r̃cipi:vt dicitur.27.q.2.agatoſa.
4ᵘˢ caſus eſt:qñ matrimonio non cõſumato
alter intrat ſciente vel ignorante vel inuito alte/
ro qd̕ poteſt in quo caſu remanẽs in ſeculo debꝫ
expectare vſqꝫ ad ꝓfeſſionẽ coniugis qui ingreſ
ſus eſt religionem ſm omnes.nam ſi egrederet̃
ante profeſſionem tenetur eum recipere:ſi etiaꝫ
contraxiſſet ꝛ conſumaſſet matrimoniũ:qꝛ per
mortem ciuilem ideſt profeſſionem:qua qs mo
ritur actibus carnalibus:diſſoluitur vinculũ ma
trimonij non prius. Sed vtrum tempus proba
tionis in tali debeat abbreuiari:eſt triplex opi/
nio. Alij dicunt vt ber.in glo.extra de regula.
c.ſtatuimus.ꝙ per epm̃ debet taxari ꝛ abbreuia
ri tempus probationis ꝓpter periculum incõ
tinentie eius:qui remanet:ꝛ ad fraudẽ tollẽdaꝫ:
quia poſſet intrans poſtqꝫ intraſſet in vnũ mo/
naſterium in fine anni ire ad aliud:ꝛ ſic fraudare
tur expectans. Alij dicunt vt Iohan.in glo.27.
q.2.deſponſata.quod eſt diſtinguendum:quia ſi
de voluntate remanentꝭ in ſeculo alter intrat:de
bet expectare per annum:nec tempus expectatio
nis eſt abbreuiandum. Si autem ignorante vł
inuita intrat:debet certum tempus ꝑfigi ĩfra
quod profiteatur:nec eſt inconueniens tempus
a iure ſtatutum abbreuiari:quia ſpeciale eſt in
iſto caſu ꝓpter periculum incontinentie rema/
nentis in ſeculo. Tertij dicunt:vt hoſtien.in
ſumma:ꝙ ex quo ius ꝑmittit talem intrare re
ligionem:ꝛ tempus probationis ſit inductum:
non ſolum in fauorem conuerſi ſed etiam in fa
uorem religionis:vt experiantur mores con/
uerſi:ideo non debet illud tempus abbreuiari:
niſi appareat fraus:vt cum iret diſcurrendo de
vno in aliud.hec pe. Poteſt dici:ꝙ cuꝫ hoc ſit ĩ
poteſtate ſua ꝛ capituli:facere poſſunt quod eis
vĩ abbreuiare tempus.i.ante annum facere ꝓro
feſſionẽ:ſi capitulꝫ ꝛ ingreſſus volunt:ꝛ etiam
expectare annuꝫ:tho.i.4.ſ.di.27.queſtiõe.i.ar.3.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q.3.ſecundū mēdicantes tn̄ ante annū n̄ poſſet
recipere ēt talē ad ꝓfeſſionē ſine diſpēſatiōe pa
pe:alias incurreret penam iuris. ¶ In oībus āt
caſibus ī qbus poſt cōſumatū matrimōiū licet
ītrare religionē:licet ēt ad ſacros ordines ꝓmo-
ueri:ēt ad epatū:exemplū in beato hilario: q ha
bēs filiam ex vxore:fuit eps. Qn̄ āt nō licꝫ reli-
gionem ītrare:multo fortius n̄ licet ꝯiugato ad
ſacros ordines promoueri:ſed eſſet ſuſpēſus ab
executiōe ordinis:licet characterem reciperet.
¶ De matrionio āt cōſumato violēter: puta cū
quis eā cū qua cōtraxerat ꝑ verba de p̄nti:volē
tem īgredi monaſteriū cōtra voluntatem ſuam
cognoſcit dicit hoſti.ꝙ nō poteſt īgredi contra
voluntatem viri:ꝛ ſi ingrederetur ſꝫm pe. cū du-
ret vīculū cōiugale:nec poſſit diſſolui ꝑ īgreſſū
religiōis:remanēs ī ſeculo n̄ poſſet cū alia ꝯhere
ꝛ poſſet illā īuitā de mōaſterio reuocare. Hāc
q. optime tractat bar.brixiēſis ī.q.mer.ꝛ domi.

**Notandum etiam con**
iugatus igreſſus religionē qn̄ tenet̄ exire ꝛ qn̄
nō pōt:ꝛ qn̄ eſt liber ad exeūdum vel remanen
dū ſꝫ pe.de pal.ī.4.di.27.q.3. Tenet̄ quidē exi
re religiōem ēt facta ꝓfeſſiōe cōiugatus ad cō-
iugē ī ſeculo remanētē:quādo repetit in ſeculo
exiſtēs eum:qui illicite igreſſus eſt:vl' qꝛ īnoxio
ꝓhibēte ſeu ignorāte vel cōſentiēte fragili.qui ē
ſuſpectus de icōtinētia iuuenis ꝛ laſciuus rema
nēs ī ſeculo:qꝛ n̄ potuit ī eius preiudiciū voue-
re vel ꝓfiteri. ¶ Itē ſi licite ingreſſus fuit: quia
de lr̄a antiqui:ſed reītegra penituit.ſ.quādo an
te emiſſū ſolēne votum ī ſeculo remanens vel
de religiōe exiens:alter repetijt eū:tenet̄ exire.
¶ 2° tenet̄ nō egredi:ſed remanere: quādo lici-
te emiſit votum ſimplex vel ſolēne vel illicite ī
greſſus eſt:ſed alius nō repetit eū: quia ratifican
do cōfirmatur. ¶ Tertio liber eſt ī egrediendo
vel remanēdo: quādo nullo modo eſt igreſſus
religiōem:aſtrictus religioni tacite vel expreſ-
ſe:vt quia nec vouit nec profeſſus ē:nec vxor eū
repetit:aut ſi repetit fornicata eſt antea vel poſt
notorie. Qn̄ vero votum ſimplex emiſit ingreſ-
ſus nō ſolēne vel ſolēne de facto nō de iure: pu-
ta,quia īfra tempꝰ probationis: corā eo qui non
potuit recipere ad ꝓfeſſionem vxore nō repetē-
te:egredi nō pōt:ſed quo ad eccleſiā poteſt:ma
xime ſi votū probari nō poteſt:in quo caſu reti-
nens clericum īuitū eſt excōicatus: dico retinen
tes nō ſolum manus ī eum īijciendo:ſed etiā ve
ſte ſeculari negata ſine qua cōmode egredi non
poteſt: perſuaſionibus tamen eum retinere poſ-
ſunt. Et idē intelligendū de vxore īgreſſa quo
ad viruꝫ nō repetenteꝫ. ¶ 4° de debito:qꝛ egreſ
ſus de religione quādoqꝫ n̄ pōt reddere nec exi
gere:vt quando illicite egreſſus eſt poſt ꝓfeſſio
nē:vt ī caſibus dictis:ꝛ quādo cōiunx ſciēs ꝛ ta
cens permiſit ꝓfiteri:tunc enim ſeruitutē remi-
ſit:vt dominus cuius ſeruus eo ſciente ꝛ permit
tente ordinatur vel profitet̄. Dico autē illicitē
propter votū rite ſolēnizatū:qn̄qꝫ ꝛ petere ꝛ red
dere pōt:vt quando liber egreſſus fuit:nullo vo
to aſtrictus religioni:ſicut nouitius ſolutꝰ egredi
ens religiōem:matrimoniū cōtrahere pōt.lꝫ pu
to ꝙ itelligat de tali nouitio:qui īrrauit aīo pro-
bādi:nō īperpetuū ibi ꝑmanēdi. Nā ipe pe.tenꝫ
ꝙ talis ingreſſus.ſ.aīo n̄ ꝓbādi:ſed firmo perſe
uerandi:habeat vim voti ſimplicis ſaltē. Alij āt
ꝙ ēt ſolēnis voti habeat vim:vn̄ poſſet cōtrahe
re talis:vel exigere ſi cōtraxit. Sed de hac ma-
teria habes ſupra ī.2ª.par.ti.xi.ō voto:ꝛ diffuſiꝰ
ĩ.de ſtatu religioſoꝝ. Qn̄qꝫ vero egreſſus poteſt
reddere:ſed nō exigere:vt quando de conſenſu
ipſius:de cuius cōtinētia eſt timor:votū ſimplex
emiſit:tunc enim nō illi p̄iudicauit. Et nō ſꝫ pe.
vbi ſupra:ꝙ in quibus lꝫ coniugi repetere cōſor
tem ſuū religionē ingreſſus ante ꝓfeſſionem ſiū
poſt ꝓfeſſionem:nō lꝫ tamē de monaſterio eum
rapere.nec ob.extra de rap.c.cū eā.qꝛ narrat ꝙ
rapuit:ſed non dicit ꝙ licuit. Poſſet enī vxorē
vi de vico ad domū adducē:qꝛ hꝫ ī ea cōrectio
nem:ſed non poſſet eam priuato quaſi poſſidē-
ti vi eripere:ꝛ multo minus de monaſterio ex-
here foras: frangendo aut habituꝫ violenter la
cerando vel cum iniuria loci ſacri eam accipien
do:lꝫ alie peccauerint ipſam recipiēdo:ar. C. vñ
vi.l.ſi quis in tantam. ¶ 5° videndū eſt de regreſ
ſu ad religionem quando tenetur. Et dicit pe.
vbi ſupra:ꝙ in.3.caſibus. ¶ Primo quando il-
licite egreſſus eſt:vtpote cum alio coniuge in rē
ligione remanente poſt ꝓfeſſionem egreſſus eſt
vel etiam in ſeculo remanente ꝛ honeſte cuꝫ cō
ſenſu eius profeſſus eſt. ¶ 2° eſt:quādo licite egreſ
ſus:qꝛ ad requiſitionem vxoris ſine licentia eiꝰ
ingreſſus:ſed poſtea vxor penitet de reuocatio
ne:ꝛ ipſa mouet. ¶ 3°.quando poſt votum ad eā
egreſſus:mortua eſt ipſa vxor.nam tunc tenetur
regredi vt impleat votum ſuum. Sed ſi talis: q
poſt votum ſolēne reuocatus ab vxore ad ſecu
lum:mortua ipſa vxore contraxit matrimoniū:
vtrum teneat pe. vbi ſupra facit talem diſtinctio
nem:qꝛ ſi inuita vxore fuit ſolenniter profeſſus:
cum illa profeſſio quantum ad ſolennitatem nō
valuerit eccleſia hoc prohibente:ideo talis mor
tua vxore non poteſt contrahere:qꝛ habet in ſe
votum ſimplex ratione illius profeſſionis:ꝛ pec
cat mortaliter contrahendo ꝛ exigendo:tenet ta
men matrimonium :nec poteſt eum tanq̄ apo-
ſtatam religio perſequi:ſed ſi vxore conſentien
te fuit profeſſus :ſed poſtea quia vxor iuuencu-
la vnde ꝛ ſuſpecta eum reuocauit:ius noluit in
hoc caſu profeſſionem inhibere ſimpliciter:ſed
ſolum in quantum erat ad vitam eius. vnde ſim
pliciter fuit in preiudicium eius votum ſolenne:
non in preiudicium vxoris. vnde ea mortua
eſt apoſtata: ſi non redijt ad monaſterium: ꝛ
matrimonium ſi contrahit cum alia: non tenet
vt dicit Goffre. hec pe. de palu.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## Tertium bene conſide
randum eſt: vtrū preter predictos duos modos
ſcꝫ mortē naturalē ⁊ mortē ciuilem: qui eſt per i
greſſum religiōis. i. pfeſſiōem: ſit alius modus
ſoluendi matrimōium ratum ideſt cōtractum p
verba de preſenti: quo ad vinculum: vbi pe. po
nit. 4. cōcluſiōes.

**Prima eſt** ꝙ ſeruitꝰ ſuperueniēs ta
li matrimōio rato nō ſol
uit ipſum: Et ratio eſt: quia per hoc nō moritur
ad actus carnales: nam ⁊ poteſt de nouo cōtra-
here. Et generaliter de ceteris īpedimētis: q̄ di-
rimūt matrimonium poſt cōtractum: intelligen
dū eſt: ꝙ nihil tale ſuperueniens dirimit priꝰ cō-
tractū: ſed ſolūmodo pꝰ contractū: vt verbi grā
Cognoſcens conſanguineam eius cum qua iam
cōtraxit per verba de preſenti: ⁊ ſi non adhuc ꝯ
ſumauerit: nō dirimit tale matrimonium: quod
dirimeret ſi ante contractū per verba de pn̄ti il-
lā cognouiſſet ꝓpter affinitateꝫ.

## Secunda cōcluſio eſt
ꝙ tale matrimonū. ſ. ratificatū per verba d̄ pn̄ti
non ſoluitur per votū ſimplex. vnde tenetur vel
intrare religionem vel reddere debitum vxore
petente: ſed peccat mortaliter reddendo: qꝛ ad-
huc poteſt religionem intrare ante conſumatio-
nem eius: nec ſufficeret ingreſſus religiōis ī ter
tio habitu beati dominici vel franciſci cum pfeſ
ſione in ipſo: qꝛ talis profeſſio nō hꝫ vim niſi vo
ti ſimplicis. vnde non eſt ſufficiens ad tollenduꝫ
vinculū coniugale: ⁊ pfeſſus ī illa religiōe tertij
hītus: q̄uis peccaret grauiter cōtrahendo: qꝛ ꝯ
votum: tamen teneret matrimonium.

**Tertia cōcluſio eſt** ꝙ nec
caſtra-
tio quantacūq3 ſuperueniens ſoluit tale matrio-
nium ratum: quia matrimonium non īuenitur
in iure ſolui niſi in certis caſibus: ſed ille non
eſt de illis caſibus: ergo ⁊ cetera. Item. 32. que-
ſtione. 7. capitulo hi qui. dicitur cōiugium illoꝝ
qui poſt mr̄imonium membris truncantur aut
a barbaris execti ſunt. propeter hanc cām ſolui
non poteſt: ⁊ q̄uis glo. intelligatur de mr̄monio
ꝯſumato: extra eo. qd̄ dr̄. 33. q. i. cōiugiū firmatur
officio. ſ. carnali ſm glo. ⁊ anteq̄3 confirmatur im
poſſibilitas officij ſoluit vinculū coniugij: negā-
da ē illa glo. qꝛ cōiugiū ſolo cōſēſu per verba de
pn̄ti firmat̄ ⁊ ratū vocat̄ vt nō. glo. d̄ teſti. c. fr̄ co

**Quarta concluſio** ꝙ n̄ ſol-
uitur ta-
le matrimonium ratum tantum per ordinem
qui ē ſacr̄m vl̄ dignitas: ⁊ q̄uis magiſter ſn̄iaꝝ
in tex. videatur innuē: ꝙ ſpōſi nō ſolū pn̄t ītrare
religionem ſine cōi conſenſu: ſed ēt ad ordines p
moueri: ⁊ hoſti. dicat: ꝙ cōiugi āte carnalē copu
lam licet epatū acceptare: tn̄ ꝯtrariū hꝰ eſt veruꝫ
quia epatus ex ſua natura nō hꝫ oppoſitum ad
mr̄imonium: cum epi prius eſſent vnius vxoris
viri: nihil aūt tollitur niſi a ſuo cōtrario: nec epi
moriuntur ciuiliter: cum propriuꝫ habeant ſicut
et ceteri clerici ſeculares. vnde qꝛ religio ſoluit
matrimoniuꝫ nō rōne perfectionis: ſed ratione
mortis ciuilis: epalis ordo licet ſit pfectior: ⁊ ſi-
militer ſacer ordo licet ſit perfectior q̄3 religio
non ſoluit propter defectum mortis ciuilis: ⁊ iō
cōiugatus incorruptus. i. non cōſumato matrio-
nio licite profitetur: qui tamē illicite in ſeculo or
dinatur nec ſoluitur matrimonium quando de
cōſenſu vxoris ordinatur vel epatur quo ad vi
culum. vnde vxor talis eo viuente non poteſt cū
alio cotrahere. Coniugatus igitur ante copulam
non poteſt eligi: qꝛ cēſetur laicus nec eſt ī ſacris
vel eſt irregularis ſiue ſuſpēſus: ſed poteſt poſtu
lari: ⁊ tunc ſi vxor conſentiat confirmabitur: ſed
ſi diſſentiat: papa n̄ poteſt eū confirmare nec cō
ſecrare in preiudicium vxoris: quin. ſ. teneat̄ rd
dere debitum cum non poſſit contra ius diuinū
diſpenſare: ſed poteſt religioneꝫ intrare: ⁊ prima
die de lic̄ia pape profiteri. eadem die confirma-
ri ⁊ poſt modum ordinari ⁊ conſecrari: nec ſimi
liter de licentia pape poteſt cōiugatus īuita vxo
re etiam ante copulam ad ſacros ordines ꝓmo
ueri: ⁊ ſi fuerit ordinatus nihilominus tenet̄ red
dere debitum: qꝛ ſemper hoc eſt de iure diuino
Similiter nec papa poteſt auferre vxori virum
ſuum etiam incorruptum. i. non conſumato ma
trimonio: ⁊ multo magis poſt copulam vt ipſuꝫ
faciat cardinalem: qꝛ ⁊ ille ſtatus ſecularis eſt: nō
regularis dicente quodam cardinali: nos habe-
mus religionē cuius apoſtate ſunt ſancti: vt Hie
ronymus. Et ſi arguatur ꝙ epi tenent locuꝫ apo
ſtolorum: ſed chriſtus vocauit ioānem de nup-
tijs ad apl̄atum etiam inuita vxore: ſi verum eſt
quod dicunt quidam ꝙ ipſa fuit maria magda-
lena: que propter hoc indignata luxuriata ē: Re
ſpondet̄ ꝙ epi tenēt locuꝫ apoſtoloꝝ quo ad di-
gnitatē nō quo ad pauptatē ⁊ mortē mūdi: quia
illis dictū eſt. De mūdo n̄ eſtis. Preterea alia rō
eſt: qꝛ xp̄s hoc potuit facere ⁊ ſm deitatē ⁊ ſꝫ hu
manitatē: qꝛ ptātē habuit excellentie in ſacramē
tis quā nulli cōicauit etiam pape. Preterea ꝙ
iohānes inuita vxore ſecutus fuerit xp̄m: ignora
tur: nec ē multū veriſimile illā fuiſſe mariā mag
dalenā: ſed ⁊ ſi verꝝ eſſet: ꝙ inuita vxore xp̄ꝫ fue
rit ſecutus licite facere potuit: qꝛ apl̄atus ad quē
tranſiuit: erat ſtatus religiōis: ⁊ quo ad votū obe
dientie caſtitatis ⁊ paupertatis. Et ſi dicat̄ ꝙ pa
pa diſpenſat monachū contrahere matrimoniū
viuente prima vxore: puta qꝛ ille cōtracto mr̄i-
monio cū aliqua an̄ copulā intrauit religionē ⁊
pfeſſus ē: ⁊ ſic ſolutū ē vinculū: poſtmodū ma-
gna cā vrgente vt pace reformāda vnius regni:
vel p conuerſionē vnius gētis papa diſpēſat cuꝫ
illo monacho: ꝙ ꝯhat cū alia: qꝛ vīculū pm̄ū fu-
it ſolutū. nā ſi vīculū n̄ fuiſſet ſolutū: papa n̄ poſ-
ſet: niſi dicatur ꝙ ex ſtatuto eccl̄ie eſt illa ſolutio

2 A

quia ſolēnitas voti eſt ex ordine eccleſie. Dicen/
dū: q̄ hoc non eſt verum: quia hoc non ineſt illi
voto propter ſolennitatem: alias ineſſet ordini
ſacro: ſ; ïeſt ei rōne mortis ciuilis: vñ heremite
nō ſolēnizāt votū: ſed regulā approbatam: ⁊ tñ
p votū eremi ſoluit: q2 hoc ē ex natura act⁹ mū/
do mortificantis: ⁊ diuina īſtitutiōe a qua ē vita
eremitica: vt ī Joāne baptiſta. Eſt ergo conclu
ſio iſti⁹. S. q̄ matrīoiū cōtractū per verba de p̄/
ſenti ſolū p̄ profeſſionē religiōis approbate ſol/
ui poteſt: ⁊ ñ per aliū modū ēt auctoritate pape.
Canoniſte aūt cōiter tenēt cōtrariū. ſ. q̄ papa po
teſt diſſoluere illō. Unde io. an. in nouella ſup. c.
ex publico de cōuer. cōiu. dicit: q̄ q̄uis matrio/
niū ſit īſtitutū a deo ratificato matrīoniū tamē
firmat̄ cōſtitutiōe eccleſie: quantū. ſ. ē ſacramē
tū eccleſie ꝑpter virtutē baptiſmi: quā virtute;
ratificationis: que eſt: q̄ alter altero viuente non
poſſit cōtrahere: pōt papa tollere: vel circa ipſa;
ī aliquib⁹ diſpenſare: vt ī. c. q̄rto de diuor. Conſu
matio vero ꝑcedit de iure naturali ī prin. conſi
ſtit eni; in facto: q̄ ex quo factū ē: nequit nō fuiſ
ſe. 32. q. 5. c. ſi paulus. Dicit aūt: q̄ h⁹ iuris alia rō
diuina. ſ. reuelatio: per quā ad exemplū ſanctoꝝ
facta ē hec cōſtitutō vel interpretatio: que etia;
approbat̄: primo per apoſtolū dicētē. Si infide
lis diſcedit diſcedat. ſecūdo per fauorē fidei: de
quo ī decretali quanto. quare videt̄ facere poti
us diuina cōſtitutō: qua rōne dicit ſpōſos de p̄ñ
ti ante carnalē copulā poſſe auctoritate pape in
uicē ſe abſoluere: ſicut ⁊ ſpōſi de futuro: de ſpō.
c. 2. ⁊ ſic rō q̄re cōgrue añ copulā poteſt ibi iter/
uenire cōtrarius act⁹ per diſſenſum mutuū non
alteri⁹ tñ: qō ñ eſſ; poſt copulā. Intelligit autē
hoc de poteſtate abſoluta: non de ordinata: niſi
alia cā ſubeſſ;: non enim fit hoc ēt ſine cā. Aſſe/
rit ēt probabile dici poſſe: q̄ cum circa impedi/
menta m̄rimonij reſtringēda ⁊ laxanda poteſta
tē habeat eccleſia: vt de cōſan. ⁊ affi. c. nō debet.
ſtatuere potuit quod hic dicit̄: ⁊ de vni⁹ ꝓfeſſio
ne ⁊ alterius cōtractu. Potuit ḡ papa ēt de pote
ſtate ordinata circa matrīonium nō cōſumatu;
hāc cōſtitutiōem facere: ⁊ ſit patēs rō cōueniens
rōni: vt nō. 27. q. 2. quapropter. vñ circa nō cōſu
matū poteſt eccleſia ſtatuere quicquid plac;: dū
tñ ſubſit cauſa iuſta. Et hoc voluit finis. c. ex pu/
blico. Dicit tñ ipſe hoſti. q̄ non expedit: q̄ circa
hoc multū laxet habenas: nec ēt eſt tutū. In ma
trimonio vero ɔſumato fieri non pōt: quin per
ipſum repreſentet̄ cōformitas carnis īter xp̄; ⁊
eccleſiā: que nullatenus rūpi pōt: quod ſi per re/
ligionē illō rūpi poſſet: eēt cōformitatis viola/
tor: ⁊ inueret q̄ expectaret aliā fidē ⁊ alia; eccle
ſiam: quam ſibi xp̄s vniret ⁊ iterum deſponſar;
quod falſum ⁊ hereticum eſt ſm hoſti. qui pleni⁹
iſta tractauit hic: ⁊ remittit ad ſummā. Idem ēt
ponit Jo. an. in regula actus legitimi in. 6. ī mer
curialibus: ⁊ Antho. de bu. ⁊ archi. in. c. qua pp
2. 7. q. 2. Ide; benedictus ſuper dicto. c. ex publi

co. addens q̄ ex poteſtate abſoluta matrimoniū
per verba de p̄ñti papa diſſoluere poteſt ēt nul
la cā ſubſiſtente de p̄tāte ordinata non niſi ex le
gitima cā. Et nō ſolum de conſenſu vtriuſq;: ſed
et ſi tñ adeſſet conſenſus vnius coniugis legiti
ma cā ſubſiſtente: vt vult hic glo. in fi. cum circa
matrimoniū non cōſumatū papa poſſit q̄uo vl't
diſpēſare ſm ïno. hic. Uidi aliquas bullas ⁊ mar
tini. 5. ⁊ eugenij. 4. continentes talē diſpenſatio/
nem ſiue diſſolutionē matrimonij nō cōſumati:
contrahentibus poſtmodū illis cū alijs. vnde ta
les ñ ſt̄ cōdēnandi: ſed nec cōſulendū eſt alicui:
vt ꝓcuret talem diſſolutionē ſiue diſpenſatione;
cum theo. videantur tenere q̄ non poſſit diſſol
ui niſi per ingreſſum religionis vt ſupra dictum
eſt.

# Nota ſecundum tho. in

4. ⁊ ricar. q̄ cōſumato matrimonio legitime cō
tracto alter alterū dimittere non poteſt quo ad
vinculū. i. vt poſſit cum alio contrahere. Quan/
tum vero ad cohabitationē ⁊ actum cōiugalem
non pōt alter alteꝝ inuitū dimittere excepta for
nicationis cauſa: niſi forte ad tp̄s velit ſe ſubtra/
here conſortio vxoris pp caſtigatione; eius ſub
trahendo ei ſolatiū p̄ñtie ſue. Nam ⁊ q̄ñ vxor p̄
ſtat magnam occaſionem ruine viro ſuo: tūc vir
poteſt ſe ſubtrahere conuerſatione ſua. Idem
alber. addens q̄ non oportet cohabitare furoni
⁊ hi⁹ ſi nō vult reſpicere. 28. q. i. c. vxor. ¶ Que
rūt theologi vtrū in veteri teſta. repudiatio vxo/
ris ibi permiſſa fieret ſine peccato. Et circa hoc
eſt duplex opi. Aliqui dicunt q̄ non fiebat abſ/
q; peccato. Et fuit comparatiua permiſſio ad vi
tandum maius malum. ſ. vxoricidium. propter
duriciam ergo iudeorum permiſſum erat ita. ſ.
q̄ non puniebatur in lege. Sed circa hoc ab his
qui ſunt contrarie opini. ſic obijcitur Lex vetus
⁊ ſi imperfecta erat inquantum gratiā non mini
ſtrabat adiuuandum implere ipſam. Tamen cō
plete oſtēdebat peccatū qō debebat vitari. S;
cum nullibi in ſcriptura veteris teſtamenti tale
repudium reprehendatur. Si peccatum fuiſſet
illa lex defeciſſet: que illud permittebat nec ma
lum eſſe oſtendebat. Sed ad hec reſpōdet Ni/
cola. de li. ſuper deutero. dicens q̄ aliquid eſſe il
licitu; qō lex permittebat dupliciter oſtendeba
tur. Uno modo quia per aliquem propheta; re
prehendebatur. Et iſto modo vſura permiſſa ī
lege oſtenditur illicita. dicente p̄s. Qui pecuniā
ſuam non dedit ad vſuram. Et ezech. etiam tan/
git. Alio modo per cōmunem bonorum conuer
ſationem. Cum enim conſuetudo ſit optima le/
gum interpres: ⁊ conſuetudo ſit bonus vſus nō
abuſus: quia non reperitur in veteri teſtamēto
aliquem ſanctorum vxorem repudiaſſe: niſi a
deo inſpiratus ſpecialiter. Sicut Abraham
de agar. ⁊ Moy. de ethyopiſſa. ideo per iſtum
modum oſtendit̄ fuiſſe malum tale repudium.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et ſic concludit ⁊ tenet Nico. ð ly. Pe. vero de
palu. dicit in. 4. ꝙ iſta opi. magis concordat ver
bis euãgelij mat. 19. vbi xp̄s dixit ꝙ moyſes ꝓ
duriciam cordis eorum permiſit repudium ⁊c.
Sȝ alia opi. que dicit ꝙ non erat peccatum aſſe
rit ꝙ vr̄ verior: qꝛ illud fiebat auctoritate legis
dei que omne mortale prohibebat: ⁊ ſi non co-
hibebat alias īperfecta fuiſſet lex que nõ de om
nibus actibus virtutum ferebatur neceſſarijs ad
ſalutem.

Item nota ꝙ ex fornicatione ſeu adulterio põt vir vxo-
rem dimittere ſeu accuſare ⁊ vxor virum niſi in
7. caſibus qui. ī. ponuntur: qꝛ in hoc ſũt paris cõ
ditionis. 3z. q. 5. ſiquis vxorez. Et iſta cauſa. ſ. for
nicationis extenditur ad fornicationis ſeu adul
terij ſuſpitionem. ſ. quando eſt ſuſpicio violenta
vel certa: verbi gratia. Si probatum eſt ꝙ fuit
ſolus cum ſola nudus cum nuda in eodem lecto
aut ſimul in multis ſecretis locis in latebris ad
hoc cõmodis ⁊ horis electis libẽ dimittiẽ vxor
3z. q. i. dixit. ¶ Item ſecundo extenditur ad vici
um ſodomiticum vt propter hoc poſſit alter al-
terum dimittere. 3z. q. 7. omnes cauſationes. ⁊ c
adulterij. Pe. etiam de palu. dicit ꝙ hoc exten-
ditur ad vicium ſodomiticũ ⁊ pollutionem ex-
traordinariam cum alio vel cum alia commiſſã
Et idem dicunt quidam de omni peccato cõtra
naturam. ¶ Item tertio extenditur ad infideli
tatem que dicitur fornicatio ſpūalis: vt ſi alter ꝺ
cidat in hereſim iudaiſmum vel gentilitatem: ⁊
precipue ſi trahit coniugem ad infidelitatez. 18.
q. i. idolatria. ſed ſi corrigere ſe vellet talis nõ dȝ
dimitti. Item ſi polluat aliquam extra clauſtra
pudoris videtur ꝙ dimitti poſſit ab vxore ꝓ
hoc ar. 3z. q. 4. meretrices. Item ſi tale quid egit
cum propria vxore ſm̄ hug. ⁊ lau. vxor põt euȝ
dimittere: ſi tamen ipſa non fuit in culpa. ſ. aſſen-
tiendo: ſed violentata vel ſõno ↄcepta ⁊ hꝰ. Ex
vitio autem pollitici cum. ſ. alter coniugum pol
luit ſeipſum nec poteſt talis dimitti ſm̄ hug. Itẽ
ex ſola voluntate adulterandi ſine opere ſubſe-
cuto non poteſt dimitti ſm̄ guil.

Sed nota ꝙ iſta dimiſſio poteſt fie-
ri dupliciter. ¶ Uno mo-
do quo ad tori ſeparationem. ¶ Secundo mõ
quo ad cohabitationis ſeparationem. Et iſte ſe-
cundus habet etiam primũ modum implicituȝ.
Dimiſſio igitur primo modo. ſ. quo ad torum: vi
delicet denegando illi debitum poteſt fieri pro
pria auctoritate etiam ſine iudicio eccleſie quã-
do inocenti conſtat certe de adulterio coniugis:
tunc enim abſqȝ peccato poteſt ei denegare debi
tuȝ: ⁊ hoc niſi cõpellatᷣ auctoritate eccl'ie vl' niſi
ipſe poſtea adulteraſſet: aut etiam ſi petiſſet vel
reddidiſſet debitum voluntate ſua poſtqȝ ſciuit
de adulterio: tunc enim videtur ſibi reconciliaſ
ſe. Unde non poteſt innocens amplius denegarᷣ
debitum adultero niſi recidiuaret. Pe. de palu.

⁊ ibi delinquens omnino vellet ſe emendare vt
preſumeretur penitens debet inocenti preſuade
ri ꝙ ſibi reconciliet: tamen ad hoc cogi nõ põt ꝑ
ſubtractionem abſolutionis niſi hoc faceret ex
odio vel vindicta ſm̄ tho. in. 4. Sed quantũ ad
ſecundũ modum. ſ. cohabitationis ſeparationez
qõ dicitur diuortium non poteſt alter alterum
dimittere ſine iudicio eccleſie ⁊ ſi dimiſerit debȝ
cogi ad recipiendum: niſi fornicatio incontinẽti
poſſit probari: ⁊ ſm̄ hoſti. infra octo dies ſi ꝓbet
non reſtituetur: alias ſic. Et hoc intelligendum ẽ
ſm̄ ricar. quando matrimoniũ eſt celebratum in
facie eccleſie vel coram teſtibus: ſed ſi erat om-
nino clandeſtinum: poteſt propria auctoritate di
mittere etiam quo ad cohabitationẽ. hec ille. Ui
detur tamẽ ꝙ teneatur illud matrimonium no-
tificare eccleſie ad vitanda pericula q̃ inde poſ-
ſent contingere. ¶ Item ſm̄ hoſti. ſi adulterium
ſit notorium: ita ꝙ inficiationi non ſit locus tũc
poteſt auctoritate ſua dimittere: extra de diuor.
c. ſignificaſti. ⁊ multo fortius debitũ negare: idẽ
ĩno. Sed Guil. dicit hoc eſſe verum: ſi alter re-
cedit a coniuge ⁊ publice moratur cum adulte-
ro vel adultera: alias ſi ꝓp̄a auctoritate dimitte
ret cogetur recipere.

Caſus autez in quibus vxor propter adulterium commiſſum non põt
dimitti ſeu accuſari ſunt hi ſȝ ray. ¶ Primus ca
ſus eſt ſi ipſe eam proſtituit: extra de eo qui cog.
conſan. c. diſcretioni. Idem eſt ſm̄ pe. de palu.
ſi vir ſciuit ⁊ non ꝓhibuit cum potuit. Idem. n.
eſt ſcientem non ꝓhibere cum poſſit delictum ꝺ
ferioris reparare: ſecus autem ſi indirecte ei oc-
caſionem dediſſet expellendo eam vel neceſſa-
ria denegando: qꝛ non eſt ignoſcendum ei: que
pretextu paupertatis turpiſſimam vitam elegit.
ff. de ritu nup. l. palam. ¶ 2ꝰ eſt cum ipſum viruȝ
credens defunctum nupſit alteri: qꝛ maritus re
diens tenetur eam recipere ñ obſtante tali adul
terio niſi ſteterit ſcienter cũ ſecundo marito: poſt
qȝ primus venit. 34. q. 2. cum per bellicam. Ex-
cuſatur eñi predicta ſi habuit circa hꝰ probabilẽ
ignorantiam ſm̄ ricar. ¶ 3ꝰ ſi fuit cognita ab ali-
quo latenter quem credebat proprium virum:
eſt ar. 34. q. 2. in lectuȝ. ¶ 4ꝰ ſi fuit vi oppreſſa: vt
3z. q. 5. propoſitum. Hoc autem intelligo õ vi ab
ſoluta: ſed ſi metu vel precepto parentum inſtan
tia conſanguineorum vel alia ſimili cauſa forni-
caretur cum aliquo etiam contrahendo cũ illo
de facto non excuſaretur. 3z. q. 7. omnes. ¶ 5ꝰ eſt
quando reconciliauerit eaȝ ſibi poſt adulteriuȝ
commiſſuȝ: vel eam publice adulterantem te-
nuit ⁊ retinet in conſortium maritale. 3z. q. i. c. i.
cum ſe. Hec ratio eſt ſm̄ ricar. qꝛ crimẽ per recõ
ciliationem dimiſſũ amplius obijci nõ debet niſi
reſiduuȝ ſequatur. ¶ 6ꝰ eſt lȝ raro occurrat: ſi ali
quis infidelis coniugem infidelem dimittat da
to ſibi libello repudij: ⁊ illa nubat ſecundo viro

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſuo:ſi vterq̃ꝫ cōuertat̃ ad fidē:tenet̃ maritus eã
recipē:nō obſtãte ꝙ ſit ab illo cognita:cui ſe cō/
iūgit:niſi fuerit alteri fornicata:extra de diuorꝛ.
gaudemus. ¶ 7ꝰ eſt ſi vir cōuincitur adulterari
32.q.6.p totum. Ubi ēt nō. ꝙ ſi vir ē adulteratꝰ
occulte:vxor manifeſte:nō pōt vir ſine peccato
vxorē dimittere:qꝛ vxori nō deficit excipiendi
ius:ſꝫ ꝓbatio ſꝫm ray.tho.ꝛ alber.ſi tñ vir egiſſꝫ
pñiam ꝛ vxor nollet agere:ſꝫ pſeuerarꝫ in adul/
terio:poſſꝫ ſiñ peccato accuſare ꝛ dimittere.32.
q.1.in quatuor primis.c. Iſtos caſus ponit ēt ri/
car.ꝛ addit. Alij addūt.8.caſum.ſ.ſi vir abſtinē/
do cōtra voluntatē vxoris ei occaſionē adulte
randi dedit.33.q.5.c.ſi tu.tñ alij dicūt:ꝙ nō ꝓpt̃
hoc excuſaret̃ mulier adulterans:quin vir poſ/
ſet eam ꝓpt̃ adulteriū dimittē ſꝫm glo. ¶ Nō ēt
ꝙ pñia facta ĩ adulterio non tollit qn poſſit ac/
cuſari vl̃ excipi de ipſo adulterio in foro contē/
tioſo.25.q.1.ꝛ.6.q.1.qui crimē.dꝫ tñ ĩnocēs par/
cere pēitēti:ꝛ ſibi reconciliari ex charitate ꝛ q̃/
dam equitate.q̃uis nō teneat̃ ex neceſſitate.ſ.q̃ꝫ
tū ad reddēdū ei debitū cōiugale. ¶ Itē ſi vnuſ
cōiugum fornicet̃ carnalit̃ ꝛ alter ſpiritualiter.ſ.
labēdo in hereſim ſꝫm hoſt.ꝛ goff.admittet̃ cō/
pēſatio:ſi tñ fornicationē ſpiritualē dimittat:qui
ĩ ipſam incidat:alias ꝓcederet̃ cōtra eum:ꝛ non
audiretur contra ſuum cōiugē. ¶ Effectꝰ accu/
ſationis de adulterio ē:ꝙ ſi maritus probꝫ:qḋ
intēdit:vl̃ mulier hoc cōfiteatur:niſi mulier re/
plicꝫ contra eum aliquē de predictis.7.caſibus
abſoluitur ab eiꝰ cohabitatiōe ꝛ ſuitute:qua ſibi
tenebatur:ꝛ pōt aſſumē habitum religionis eo ĩ
uito.27.q.2.agatoſa.ꝛ in ſeculo ſiñ eo viuer̃ po
teſt:ſꝫ tñ continere tenetur.ſꝫm ray.tho.ꝛ pe.ipa
ãt dimiſſa ꝓpt̃ adulterium non pōt ĩtrare mōa
ſterium contradicēte viro:ſꝫ ſi ingreſſa eſſꝫ viro
ſciēte ꝛ nō ſibi cōtradicēte:ſatis pōt videri da/
ta licētia:ꝛ vir tenebit̃ cōtinē:ꝛ ſi ingreſſa fuerit
cōtra voluntatē viri poterit reuocari.tho.ꝛ pet.
¶ Itē in ſeculo remanētē:ꝛ poſt diuortiū pōt ĩ
nocēs adulteram recōciliare.i.admittē ad ſui co
habitationē ꝛ ad actum coniugalē:ꝛ ſi nollꝫ co/
gi poſſꝫ:ꝛ hoc ē v̄um ſi ĩnocens de adulterio cō
reptus ē:nã ſi manꝫ ĩcorrigibilis:non dꝫ ſibi eã
ĩnocēs recōciliare. Itē nō ꝙ ſi poſt diuortium:
qui erat ĩnocēs factus ſit nocēs in crimine adul
terij:pōt ꝛ dꝫ cogi p iudicē recōciliari ſibi adul
terum coniugē:ꝛ ꝑcipue ipſo hoc petēte ꝛ allegã
te ſ adulterium commiſſum poſt diuortiū ab eo:
qui ĩnocēs prius fuerat. ¶ Item ſi poſt diuortij
ſñiam conſtiterit ecclīam fuiſſe deceptam p fal/
ſos teſtes ꝛ hꝰ:dꝫ ſic ſpoliatus reſtitui. Taliter
ēt ſi alter iam feciſſꝫ ꝓfeſſionem ĩ aliqua r̃ligiōe
vl̃ cepiſſꝫ ſacerdotium:ſi hoc petat:ꝛ tenet̃ reſti/
tuꝰ reddē debitum:ſꝫ exigē non pōt. Sed ſi ſit
ſpoliatus non petit r̃ſtitutionē ille:qui iam factꝰ
ē ſacēdos vl̃ profeſſus:non pōt ipſe petere ſociū
in coniugē. Itē nō.ꝙ cum r̃ſtituit̃ aliqua vxor vi
ro:ſi dicat ſe hr̃e ſuſpectum virum:ne forte eam
ledat:ꝛ cauſam veriſimiliter oſtēdit:ad iudicēꝫ
ſpectat facere cauere ſibi ſufficiēti cautiōe:ꝙ tra
ctabit eã bñ:ꝛ ꝙ nō ledat eam ĩ perſona vel re/
bus:ꝛ hanc cautionē preſtabit p iuramētum.32.
q.3.de bñdicto.ſed ſi mulier nō confidat de iu/
ramento:dꝫ preſtare cautionē pignoraticiam vl̃
fideiuſſoriam ſub certa pena.23.q.5.ꝓdeſt.vel ſi
capitali odio ita eã perſequeretur:ꝙ merito de
ipſo diffidat:nec poſſit ei de cautiōe ſufficiēti ꝓ
uideri:nō ſolum non dꝫ ei reſtitui:ſꝫ ab eo potiꝰ
remoueri ſꝫm ray.ꝛ pe.

## Nota ſecundum inno.

ꝙ vir tunc tenet̃ ſequi vxorē.qñ.ſ.itinerat cum
ex neceſſaria cauſa abeſt:ſꝫ vxor tenet̃ ſequi vi
rum ex quacūq̃ꝫ cã recedat.ſ.domicilium tranſ/
ferens:niſi velit eã trahē ad peccatū:extra de di
uor.c.queſitū.ſecus tñ ſi eēt vagabūdus.34.q.2
ſi quiſ neceſſitate. Idē ber.ꝛ hoſt. Et addit hoſt.
ꝙ ſicut ĩ voto vltramarino vxor pōt ſequi virꝫ
ꝛ remanere ſi voluerit:ſic ĩ oī itinere volūtatis
cū ꝓpoſito reuertēdi:qḋ videt̃ intelligēdum de
lōgo itinere:ſed vbi transferat domiciliū de lo/
co ad locum vxor tenet̃ ſequi eū.13.q.1.vnaq̃ꝫ.
Et ſꝫm guil.debet eū ſequi ēt ĩ carcerem ꝛ ĩ exili/
um:qḋ intelligit̃ de carcere:quãtum ad debitū
reddēdū:ſeruata hōeſtate quo ad exiliū quo ad
cohabitãdū ſi nutrir̃ pōt ꝛ periculū aīe ꝛ corpo
ris ñ ĩminet:vel vxor pōt virꝫ nutrire. ¶ Sꝫ nō
diligenter que dicit pe.de pal.ĩ.4.di.39.circa co
habitationē cōiugū. Dicit.n.ꝙ ſi ĩ vno cōiugū ſit
tale crimē:ꝙ timet alter corpori ſuo:nec pōt ſi/
bi ſecure aliter ꝓuidere:licet dimittere talē nec
tenet̃ cohabitare:qꝛ ſi nō tenet̃ debitū reddere
cum periculo corporis ſui:multominus cohita/
re:ex̃ de reſti.ſpo.ex traſmiſſa.ꝛ.c.lr̃as ĩ ſi. Uñ
falſa eſt glo.extra de diuor.c.2.que dicit:ꝙ non
eſt dimittēda vxor:ēt ſi vite viri fuerit ĩſidiata.
Item qñ vnus cōiugum trahit alterū ad crimē:
ita ꝙ licet nō cogat̃ peccare:tñ ꝓpt̃ periculū ſue
fragilitatis:ne cōiugalis ſocietas ipm pertrahat
ad peccatum teneat̃ illō. Si oculus tuus dexter
ſcãdalizat te erue eū ꝛc̃. Si.n.cū periculo corpo
ris nō tenetur manere:multominus cū periculo
aīe:ꝛ ſicut non tenetur propt̃ periculū ĩfidelita/
tis cohitare cū ĩfideli:ita nec ꝓpter periculū alio
rum criminū:licet ad nullꝫ poſſit cogi. Et licet
iſtud ſit grauius q̃ꝫ alia:tñ minimū periculū mō
tale ꝑponderat maxīo ꝑiculo corporis:ꝛ licet ĩ
hoc ſit diſſimile:ꝙ ĩuito auferet̃ vita corporis ñ
aīe:tñ iſta diſſimilitudo tꝫ:ita ĩ ĩfidelitate:ſicut ĩ
alijs vitijs:qꝛ nullū peccatū cadit ĩ ĩuitū. Item
ꝓpt̃ alia cr̄ia vniꝰ:qbꝰ alter ñ timet ꝓbabilit̃ aīe
ſue:nec corpori ñ dꝫ derelinquere cōiugē:ēt ſi ſit
ĩcorrigibilis:niſi ſit fornicatio carnalꝭ:ēt ſemel ꝯ
miſſa vl̃ ſpūalis fornicatio.i.ĩfidelitas:ĩ q̃ ſit icō
rigibilꝭ:ꝛ ſic ĩtelligit̃ ex̃ de diuor.c.2.

## ¶ De votis cōiugatorum. c.22.

**Uxoꝛ vota abſtinen**
tie vel peregrinatiōis ꝛ hu͛ facta añ ma
trimonium cōtractū ſiue poſtea nō tenet͛ nec debꝫ
implere cōtradicente viro.ray. Sed vir pōt vo
uere ꝛ tenet͛ implere vota abſtinētie etiā inuita
vxoꝛe:niſi ꝑ hoc fieret ꝑiudiciuꝫ vxoꝛi:puta qꝛ
redderet͛ impotēs ad redditionē debiti ſꝫ hug͛.
32.q.5.pꝛecepit.ꝛ.c.xpiana. ¶ Nō ēt ꝙ ſi vir de
dit iam lnīam vxoꝛi īplendi votū abſtinentie:ſi
poſtea reuocat rōnabili cā motus bñ facit:ſi ſine
cā reuocat peccat:tñ in vtroqꝫ caſu vxoꝛ dꝫ obe
dire ꝛ non peccat:ray.33.q.5.maniſeſtum.ꝛ.ca.
voluit.

**Quantum ad votū pe**
regrinationis vnius non poteſt ſine conſenſu al
terius facere ſeu factum adīplere ſm ray.ꝛ hoſt.
imo ſm ĩno.poteſt reuocare ſi aliqñ conſenſit:lꝫ
peccet. Excipitur ſm ꝑdictos aliqñ votū hiero
ſolymitanū:qđ poteſt facere vir ſine lnīa vxoꝛis
ꝛ factū adīplere:vxoꝛ tñ vt aſſentiat eſt attenti
us admonenda:vel ſi non vult remanere:ſequa
tur virum. Dicit tñ be.tho.in quodlibet ꝛ alber.
ꝙ non eſt conſulendum viro ꝙ accipiat cru
cem traſferendum ſe vltra mare:ſi vxoꝛ ſit taliſ
ꝙ nō poſſit ſequi:ꝛ de eius incontinentia timea
tur. Uxoꝛ ſm hoſt.poteſt ēt inuito viro votum
hieroſolymitanū emittere:ſed ſi ſuſpecta vel ni
mis iuuenis ē:nō exequatur ꝑſonaliter:ſed votū
redimat:alias vadat:maxime ſi talis eſt:que ſe
cum poſſet ducere bellatoꝛes. Quantū vero ad
modicaꝫ ꝑegrinationē ēt ſine voto pꝛopter diſ
ponendā domū:vel quantū ad transferendū do
micilium alio:vr̄ dicere bea.tho.ꝙ poteſt.in.4.
vir hoc facere ſine lnīa vxoꝛis:qꝛ in diſpoſitiōe
domus ꝛ regimine vite ꝛ mulier eſt ſubiecta vi
ro ꝛ nō econuerſo. Dicit tñ Hug.33.q.5.maniſe
ſtum.glo.ꝙ vir illa vxoꝛi vota reuocare poteſt:
que ipſa īplere non pōt ſine ſcandalo viri:vt de
ieiunijs de ſurgendo ad matutinas ꝛ hu͛:alia nō
vt ſi vxoꝛ vouit dare aliquid de ꝓpꝛio:vbi con
ſuetudo ē:ꝙ mulier hēat bona parafernalia:vl͛ ſi
vouit aliquam oꝛationem ꝛ hu͛.

**Quantum ad votū ca**
ſtitatis coniugatoꝝ ſciendum ſm ray.ꝛ alber.ꝙ
vir ꝛ vxoꝛ ad paria iudicant͛.32.q.1.ſiquis. Pōt
aūt fieri tale votū tripliciter. ¶ Uno mō ꝙ vn͛
emittat votum caſtitatis altero inuito vel igno
rante ſeu ſine lnīa alterius. ¶ 2°modo:ꝙ vn͛ tñ
cū lnīa alteriuſ emittat. ¶ 3°:ꝙ vterqꝫ de pari cō
ſēſu ſimul emittat. Et ꝑmo modo cum.ſ.vnus
coniugū vouet caſtitatē ſine lnīa alterius:ſi īter
eos ſit tñ matrimoniū initiatū:puta per ſpōſalia
ſm pe.de palu.aut oꝫ ꝙ frangātur ſponſalia de
mutuo aſſenſu:ꝛ ſic poſtea ſeruet votū:vel intret
religionē:ſi ſponſa eſt ꝗ vouit.ſed ſi ſponſus vo
uit ipſe vel religionē intret vel ſacrū oꝛdinē ſu
ſcipiat:ꝛ ſic diſſoluūtur ſponſalia ēt cōtra volun
tatē alteriuſ:vel faciat cōtentum alterū.ſ.qui nō
vouit de nō cōſumādo matrimōio. Et dicit idē
pe.ꝙ ſm tho.per votū ſimplex ſoluūtur ſponſa
lia:qđ ſi verū eēt ñ teneret͛:religionē intrare qui
vouit:ſed poſſet remanere in ſeculo continendo
Sed cū iura artent ad cōplendū ſponſalia niſi ī
caſib͛ quibuſdā expſſis:de quibus ſupꝛa:ꝛ inter
illos iſte nō ponit͛:tutius eſt tenere cōtrariū. Si
āt eēt inter illos matrimoniū ratificatū.ſ.ꝑ ver
ba de pn̄ti:ſed nō cōſumatū tunc ſm pe.tenetur
intrare religionē ſiue vir ſiue mulier:niſi coniūx
qui nō vouit velit eū dimittere ſine debiti peti
tione:qꝛ non potuit vouere in ꝑiudicium alteri͛
ꝛ ſic ē illi obligatus ſub cōditione:ſi nō intret re
ligionē:qđ poteſt facere altero īuito:ꝛ tūc ꝑ ꝓfeſ
ſionē in qua moꝛitur ciuiliter:ſoluitur vinculum
matrionij:ſed ſi eſt cōſumatū:nō poteſt intrar͛ re
ligionē altero inuito:niſi ob foꝛnicationē notoꝛi
am:ſed de hoc vide ſupꝛa đ diuoꝛ. Sed ſi alter
caſte vixit:tunc vtrū alius poſſit vouere cōtinē
tiam ſine lnīa alterius ꝗ̄tū ad redditionē debiti
In hoc cōcoꝛdant oēs:qꝛ non pōt. Nō eſt ſm
ricar.qꝛ hoc eēt facere cōtra votū de alieno:qđ
nō licet. Sed quātū ad exactionē ſūt varie opi.
vt refert pe. Aliqui dicūt ꝙ ñ poteſt fieri tale vo
tum. Unde ꝛ duran.in.4.dicit hoc votū īdiſcre
tum ꝛ ꝑiculoſū:qꝛ redditur alteri nimis oneroſū
vt ſemper ipſe hēat ſubire confuſionē in exigen
do:ꝛ ꝑcipue ſi viro vouente mulier hēret exigē:
que cōiter in hoc eſt magis verecūda ꝛ nimis ꝑi
culoſum eſt in igne ſtare.i.iuxta vxoꝛem:ꝛ vrgē
te cōcupiſcentia ñ poſſe exigere. Et ad hāc vr̄ de
clinare bea.tho.in.4.dicit enim ꝙ tale votum
factū ab vno ſine expſſo cōſenſu alterius:poteſt
alter irritare:ꝛ ſi alter irritat nō tenet͛ īplere. Si
autem audito voto cōſoꝛtis:ꝓ tunc tacet ꝛ diſſi
mulat nec ratificat:ſi poſtea contradicit ꝛ irritat
ſimiliter nō tenetur implere. Hanc opi.dicit Jo.
neapoli.in qđlibet.8.eſſe ꝓbabilioꝛē. Addēs ꝙ
etiam ſi talis qui vouit ſine lnīa alterius:exigerꝫ
etiaꝫ cū peccato moꝛtali:puta ꝑſuppoſita verita
te alteriuſ opi.cōtrarie:tenetur exactus debituꝫ
reddere alias peccaret. Alij ēt dicunt ꝙ fieri pōt
tale votum.ſ.de non exigendo debituꝫ:rō qꝛ h°
eſt voluntatis ſcilicꝫ petere debituꝫ:ꝛ eſt perfec
tionis non petere ꝛ de his eſt votum. Et dicit
ricar.in.4.hanc opi.eſſe cōioꝛem ꝛ tutioꝛē. Et
ad hanc vr̄ declinare pe.de palu.dicens tamen:
ꝙ hoc non eēt alicui conſulendum:maxime ſi ꝑ
hoc matrimonium redderetur oneroſum:alteri
puta vxoꝛi ſuſpecte vel verecunde in petēdo de
bitum:ꝛ lꝫ talis peccet vouendo nō petere:ſi tñ
vouit tenetur ſeruare in quantuꝫ poteſt:ſine hoc
ꝙ reddat matrimonium oneroſum:puta reddē
do non ſolum exigenti expꝛeſſe:ſed interpꝛetati
ue. Ad tollendum igitur omne dubium bonuꝫ
eſſet petere ſuper huiuſmodi diſpenſationem.
¶ Et poſſet in huiuſmodi epiſcopus diſpenſare

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt aperte trahi poteſt ex his que dicit Jo.an .in
nouella in.c.rurſus:extra qui cleri.vel vo.

## Quantum ad ſecundũ

modum:cum.ſ.vnus vouet continentiaꝫ de lnĩa
alterius loquẽdo de voto ſolẽni religionis. Dicit
pe.de palu.ꝙ circa hoc eſt duplex opinio. Qui/
dam enim dicunt ꝙ lꝫ intrando religionem iſtõ
debet obſeruari:ꝙ ſi ille de cuius lnĩa alter in/
trat religionẽ eſt ſenex:⁊ non perſona ſuſpecta ḋ
incõtinentia:poteſt in ſeculo remanere vouẽdo
cõtinentiam:ſed ſi eſt iuuenis vel perſona ſuſpec
ta non poteſt remanere in ſeculo :ſed dꝫ intrare
religionem:vt habetur extra de conuer.coniu.c
cum ſis.⁊.c.vxoratus.tamẽ iſtud nõ obſeruaṫ.
Alij dicunt:ꝙ ſicut viro cõſentiente vxore ĩ vo/
to abſtinentie:idem vir põt reuocare poſtea:licꝫ
peccet reuocando ſine iuſta cã:illa tamẽ tenetur
obedire:ita ⁊ in voto caſtitatis quo ad vtrunqꝫ
qꝫ.ſ.vno vouente continentiam de lnĩa alterius
ſi poſtea lnĩas reuocet:lꝫ peccet:tñ lnĩatus red/
dere tenetur debitũ. Et ſubdit idem pe.ꝙ poſſꝫ
ſic diſtingui:qꝫ aut licentians ad religionem:nõ
eſt perſona ſuſpecta de qua timetur de inconti/
nentia:⁊ vult ſimiliter continere ⁊ vouere:⁊ tũc
lꝫ reintegra.i.anteqꝫ coniunx ei⁹ pꝫfiteatur:poſſit
reuocare licentiaꝫ ſicᷓ ⁊ mandatum re adhuc ĩte
gra reuocari poteſt: tamen poſt votum ſolenne
emiſſum a licentiato nõ poteſt reuocare ipſum:
⁊ ſic ĩtelligiṫ .c.agatoſa.27.q.2.⁊.33.q.5.q vxor.
Aut licentians eſt perſona ſuſpecta de cuius ĩcõ
tinentia timetur:⁊ talis q̃ non poterat licentiare
de intrando:⁊ tunc lꝫ peccet reuocando poſt vo
tum ſolẽne:tamen qꝫ illud fuit temere emiſſum
tenetur licentians debitũ reddere. Hec pe. dicit
tamen hanc cõcluſionem dubiam. Et eandẽ di/
ſtinctionẽ facit pe.de voto ſimplici emiſſo de li
centia alterius.ſ.ꝙ poſſit reuocari a perſona licẽ
tiante:ſi eſt ſuſpecta de incõtinentia. Et argumẽ/
tum ad hoc ſumit a fortiori per.c.i.de cõuer.cõ.
Sed doc.multi ⁊ precipue tho.in.4.⁊ Jo.nea/
poli.in qõlibet.8.dicunt ꝙ votũ cõtinentie emiſ
ſum ab vno coniugũ de licentia alterius ſeu ſine
licentia:ſed poſtea ratificata licentians non põt
ipſum reuocare.vnde ſi ille qui ſic vouit peteret
debitum:non ſolum licẽtians nõ tenetur redde
re:imo nec dꝫ alias peccaret mortaliter ſm Jo.
neapo.qꝫ cooperatur ei ĩ crimine mortali: argu
mentum ad hoc.33.q.5.continẽtie. Nec cõiter te
netur qõ dictuꝫ eſt ſupra a quibuſdã:ꝙ ita poſ/
ſit reuocari votum continẽtie ſemel cõceſſuꝫ ab
altero:ſicut votum abſtinentie. Oẽs tamẽ ĩ hoc
concordant:ꝙ ex hoc ꝙ vnus vouit ſimpliciter
de licentia alterius nõ impeditur:quĩ ipſe poſſit
ad placitũ exigere debituꝫ a vouente:dũ ipſe ſi
militer vouerit. De voto auteꝫ ſolẽni per ſuſcep
tionem ordinis ſacri:dicit pe.de palu.ꝙ ſi ſcien/
te vxore ⁊ cognoſcente ſe teneri ad continentiã
ex ordinatione viri:ipſa conſentiat ipſum ordi/
nari:qꝫuis nõ debuiſſet vir eius ordinari:ſi erat
ſuſpecta:non ꝑpterea poterit reuocare votũ vi
ri ordinati:nec tenetur ipſe propter hoc ei red/
dere debituꝫ petenti:nec ipſo mortuo poterit cũ
alio contrahere:alias matrimoniũ eſſet nullum:
nec eſt ſimile de profeſſione ⁊ ordinatione:qꝫ ꝓ
hibitio eccleſie poteſt facere profeſſionem nul/
lam:non autem ordinem.pe. Sed ſi inſcia vxo/
re vel ſciente et contradicente recepit vir ordi/
nem ſacrum:ipſe quidem deponetur ⁊ reſtituere
tur vxori:ſi vxor hoc petierit:⁊ ſic reddere tene
tur debitum:ſed nõ poteſt exigere nec poſt mor
tem vxoris cum alia contrahere:alias nullũ erit
matrimonium.

## Quantum ad tertium

modum:cum.ſ.vterqꝫ pari conſenſu vouerit cõ/
tinentiam:nullus eorum poteſt vel debet exige/
re debitum vel reddere:niſi cum peccato mor/
tali ſm io.neapo.⁊ alios. Et ſi vnus eorum fran/
geret votum:puta aliam cognoſcendo: alter ni/
hilominus tenetur ſeruare:ar.33.q.5.c.qõ deo.ſꝫ
vbi eſſet periculũ incõtinẽtie:qꝫ perſõe ſuſpec/
te forte bonũ eſſet diſpenſationes querere ſup
tali voto. Et ſm Guil. vꝛ ꝙ eṗs poſſet diſpẽſarᷓ
Item ſm pe.de palu.quãdo alter cõiugũ intrat
religionem ⁊ profitetur altero inuito:poteſt ṙuo
cari ad petitionem ipſius:⁊ reuocatus teneṫ red
dere debitum:ſed non poteſt exigere ratione vo
ti. Mortuo eo qui reuocauerat:is qui profeſſus
fuerat:inducendus eſt:vt redeat ad monaſteriũ:
non tamen cogendus:cuius ratio eſt:qꝫ profeſ
ſio eius tenuit:ex quo non intrauit ḋ licentia cõ
iugis ſue:⁊ qꝫuis non poſſit poſt mortem reuo/
cantis contrahere cum alio:tamẽ ſi contraxit ma
trimoniuꝫ tenebit:ſed exigere non poterit debi
tum. Item cum vnus coniugum de licentia alte
rius intrat religionem:ſed anteqꝫ profiteatur re/
uocatur ab eo mortuo reuocante poterit etiã cũ
alia perſona contrahere :nec tenetur redire ad
monaſterium:nec prohibetur exigere debitum.
Et hoc totum verum eſt:niſi aliud obſiſtat:pu/
ta ſi votum emiſiſſet. Qui autem de licentia con
iugis profitetur:ñ poteſt de iure redire ad vxo
rem:ꝙ ſi de facto ad vxorem reuertitur: cogen
dus eſt:non ſolum ea mortua:ſed etiam viuẽte
redire ad monaſterium:⁊ ſic videtur dicere illõ
c.ex parte de conuerſa.coniu.⁊ ſi mortua vxore
contraheret cum alia matrimonium nullum eſ/
ſet.petrus.

## De dotibus ⁊ donationibus propter nuptias Capi.23.

Dos ẽ que daṫ viro
a muliere pro onere:qõ de matrimonio
ſuſtinet. Unde tandiu durat :quãdiu ⁊ matri/
monium:ſed eo ſoluto ſoluitur:qꝫ ſine eo eẽ nõ
poteſt.ff.de iure dotiũ.l.3. Et eſt dos quaſi ꝓpꝫ

matrimonium mulieris.ff.de minori.l.deniq3.§.
ſed vtrũ in fi.ſed quãdiu ſtat matrimonium:dñiuz
dotalium ẽ penes virum.Unde contra volũta-
tez viri non põt eẏam facere.¶ Nota.ꝙ due ſũt
ſpecies dotis:nam alia ẽ ꝓfecticia:alia aduenti-
cia.ꝓfecticia dos ẽ:que a patre ꝓ filia vl'ab auo
ꝓ nepte vel ab alio noĩe eoꝝ ſeu de bonis eoꝝ
datur:vt.ff.de iure dotiũ.l.ꝓfecticia.Aduẽticia
dos ẽ:quam ipa mulier dat ꝓ ſe vel ꝓ alio ſiue
ſit frater ſiue alius quis.Item dos alia extima-
ta alia inextimata:ſed ſi extimata datur:tam lu-
crum quã dãnum ptinet ad maritum:ſicut ad rei
emptorem.ſi vero inextimata:damnuz ⁊ lucrũ
pertinet ad mulierem.ff.de iure do.plerũq3.fru-
ctus tñ ptinent ad maritum ꝓpter onera matri-
monij:vnde fetus dotaliũ pecoꝝ ad maritum ꝑ-
tinent:qꝛ fructus computantur:ſic tamen vt ſup
pleat inde mortua capita ex iam natis fetibus:
vt in dicta.l.plerunq3.Pactum patri factum a fi
lia:dum nuptui traderetur:ꝙ dote ꝯtenta nullũ
ad bona paterna regreſſum haberet:improbat
lex ciuil'.Si tñ iuramẽto nec vi nec dolo ꝑſtito
firmatũ fuerit:debet ſeruari:extra de pac.quãuis
li.vi.Dos ⁊ donatio ꝓpter nuptias donari ñ põt
ẽt ꝯſentiente vxore.ff.de fũ.do.l.lex iulia.nec va
let alienatio:niſi vxor iurauerit non cõtrauenire
extra de iureiurã.cum contingat ⁊.c.l3 li.vi.Sz
iſtaz mãm:cũ.ſ.iuratur ſup huiuſmõi:vide diffu
ſe ſupra ĩ ſa pte in ti.de iuramento.

## In quibus caſibus ma

ritus lucratur dotem?Rñdeo lucratur ex pacto
vt ſi paciſcatur de tota dote vl'eius pte pᵒ mor-
tem vxoris lucranda:vt.C.de pac.ex cõdi.l.ex
morte in pri.⁊ in autentica ibi poſita.Itẽ lucra
tur ex lege:vt ſi ꝓpter adulterium mulieris fiat
diuortiũ:mulier dotem amittit:extra de dona.ĩ
ter vi.plerũq3.Item mortua vxore inteſtata et
deficientibus liberis ⁊ propinquis vir ſuccedit
vxori:⁊ lucratur dotem:⁊ econuerſo ẽ.C.vnde
vir ⁊ vxor.l.i.in alijs ãt caſibus dos ad mulierẽ
⁊ donatio ꝓpter nuptias redit ad virum:niſi ſe-
cus obtineat de conſuetudine:extra de dona.ĩtẽ
vir.donatio.§.ſane.

## Põe quod propter ad

adulteriuz vxoris facta ſeparatione tori:mulier
dotem amiſit:nunc autem probata conſanguini
tate ſeparãt omnino:nũquid poterit mulier do-
tem repetere?Rᵒ non.Nam licet modo appare
at:ꝙ non fuit matrimonium mulier nihilominꝰ
punienda eſt propter intentionẽ cũ opere ſubſe-
cuto:extra de biga.c.nuper.⁊.c.vl.⁊ etiam vt ꝑ
hec ceteris delinquendi materia auferatur:⁊ ne
cogitetur falſa ꝓbatio contra matrimonium.hec
hoſt.laurẽ.goſ.ber.⁊ io.Et nõ ꝙ qꝛ ad penas le
gum quis non tenetur niſi poſtquã quis fuerit ad
iudicatus.ſ.per iudicem condẽnatus ſm tho.⁊
ray.ideo ſi mulier cõmittat adulterium:nõ ipſo
facto amittit dotem:ſed poſtquã ĩ iudicio ſup hoc
fuerit iudicata.ſ.de adulterio.

## Cui reſtituenda ſit doſ

Rᵒ.ſi dos fuerit a patre ꝓfecta:tunc ſi in matrio
nio filia ꝑmoriatur:debet dos reddi patri:vt.C
ſo.ma.l.dos a patre.niſi ſi mulier reliquerit libe
ros:qꝛ tunc l3 de iure deberetur patri:tamen de
cõſuetudine remanet penes liberos:vt nõ in.d.l
dos.Si vero vir ꝑmoriatur:tunc talis dos pri
⁊ filie reddenda eſt:ita tamen ꝙ nec pater aliter
quã voluntate filie eam petere poteſt.ff.ſo.ma.l.z.
ꝙ ſi pater non viuat vxori reddenda eſt vt ibi.
Si vero dos fuerit a quocũq3 alio:tunc ſi ꝑmo-
ritur vxor:ad heredes eius ptinebit dos.Si ve
ro ꝑmoritur vir:dos ad vxorem redibit.intelli
ge hoc:niſi ille qui dedit fuerit ſtipulatus dotez
ſibi reddi.C.ð re.vxo.ac.l.vnica.⁊.ff.ſo.matri.l.
quotiens.§.i.

## Quando reſtituenda

ſit dos?Rᵒ.ſi dos conſiſtit in rebus ĩmobilibus
dz reſtitui ſtatim ſoluto matrimonio.Si vero ĩ
mobilibus ðbet reſtitui.infra ãnũ.C.de rei vxo.
actio.l.vnic.⁊.§.cum autem.An ſemꝑ maritus in
caſu reſtituende dotis compellatur reddere ĩ to-
tum?Rñdeo maritus in reddenda dote nõ cõ-
demnatur:niſi in quãtum facere põt.ſ.habita rõe:
ne egeat:ſi non dolo verſatus ẽ:vt.C.de rei vx.
ac.l.vnica.⁊ debet cautionem exponere:ꝙ ſi ad
meliorem fortunam peruenerit:ſoluet reſiduuz
hoc etiam ꝓuilegium trãſit ad filios euſdẽ ma-
trionij:vt ſo.ma.l.maritũ.ſ3 hoc heredi extrãeo
non eſt ꝓſtandum:quia tale bñficitium perſona
le ẽ:⁊ cum perſona extinguitur.

## Utrũ maritus vel eius

hẽs in reddenda dote poſſit detrahere impẽſas
Rñ.expenſas:vtputa ꝙ domum refecit:⁊ huiuſ
modi retinere põt:vt.C.de impen.in re.do.l.i.
Expẽſas vero voluntarias:ſiue voluptuoſas ꝑ-
dit:etiam ſi voluntate mulieris facte ſunt.ff.ſo.
matri.in voluntarijs.¶ Quid ſi maritus tenet ð
dote:⁊ alia debita hz?Rñdeo mulier ꝓ dote ha
bet obligata omnia bona viri in tantum:ꝙ ꝓfer
tur oĩbus creditoribus non habentibus expſſaz
hypothecam.Et hoc niſi alius ſit in ſimili iure:
vt quia petit dotem ꝑcedentez.C.qui po.ĩ pi.ha.
l.ſi.⁊.ꝑma reſtitui ⁊.§.ſed in donatione ꝓpter
nuptias:vt preferetur mulier creditoribꝰ:niſi po-
ſterioribus.Etiam ꝯſtante matrimonio vxor re
cuperare poteſt dotem:vt quando vir vergit ad
inopiam.C.de iure doti.l.vbi.Pro delicto viri
non debet vxor dotez amittere:extra de pigno.
capi.ex litteris:etiam ſi commiſit crimen le-
ſe maieſtatis.C.ad legem iul'.ma.l.quiſqs.Poſ
ſeſſione pignorata genero ꝓ dote fructus non ð
beant computari in ſortem:ſi gener ſuſtinet one
ra matrimonij:extra de vſuris.c.ſalubriter.vide

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſupra l.2.ti.de vſuris .c.i. Qui habet cognoſcere
de matrimonio:habet ⁊ de dote tanq̃ de acceſ/
ſorio:extra de dona.inter vi.⁊ vxo.c.i.⁊.c.3.ff. d
iure do.l.2.⁊.3.

## Donatio propter nup

tias eſt:qđ ſponſus ſponſe donat:quando ipe ab
ea dotem accepit:extra de dona.inter vi.⁊ vxo.
c.nuper. Cui⁹ autem donationis ꝓprium eſt:ꝙ
ſi paciſcatur maritus de dote vel parte dotis lu
cranda:vxore p̄mortua talem partem debet lu/
crari mulier de donatione ꝓpter nuptias p̄mor
tuo viro:extra de dona.inter vi.⁊ vxo.l.dōatio.
§.ſane.⁊.C.de pac.cōuentis.l. ex morte. In hi⁹
autem dotib⁹ ⁊ donationibus ſūt diuerſa ſtatuta
in diuerſis locis. Nā alicubi:vt florētie: ſi vxor
p̄moriatur cōſumato matrimonio:vir lucratur
totam dotem:ſi non extant filij ex ea.nam ſi fili
os reliquit illis remanet:alibi lucratur partem:
⁊ alia pars reſtituitur ei:vnde profecta eſt dos.
Si vir premoriatur reſtituitur ei tota dos ⁊ do
natio propter nuptias. Et in hoc ſtatur magis le
gi municipali ſeu ſtatuto:q̃ iuri cōi.

## Dos conſtante etiam

matrimonio ab vxore poteſt repeti viro in inſu
lam deportato:cuius affectionem mulier nō mu
tauit ſm pe.de palu.in.4.di.42. Et idem de vi
ro de regno bānito.C.de iure do.l.vbi ⁊ in reb⁹.
Item vergente viro ad inopiaꝫ poteſt peti dos
conſtante matrimonio:non propter paupertateꝫ
eris:q2 tunc ſub tali cautione:quam preſtare po
teſt:cōmittenda ⁊ dimittenda eſt dos:ſed ꝓpter
paupertatem mentis:vt quando incipit eſſe ꝓdi
gus ⁊ dilapidator:q2 tunc cautio parum valeꝫ
⁊ ſic intelligitur illa lex vbi ⁊ in rebus pe. Iteꝫ ꝙ
licet ſm ius ciuile mulier ſcđo nubēs lucraretur
legatum ſibi factum ſub conditione:ꝙ permane
ret vidua fauore matrimonij:dum tamē nō nu/
beret infra ānum a morte viri:tamen q2 iura ca
nonica ⁊ diuina plus fauent viduitati q̃ matrio
nio:vt ſtatui perfectori: ideo nubens contra di
ctionem legati non lucratur:ſed amittit ipm̄.pe.
de palu.vbi ſupra.

## Item ſciendum quod

quando vxor propter diuortium factum ꝓpter
adulterium ſuum perdit dotē:ſi ipſa erat filiafa.
i.in patris poteſtate conſtituta:⁊ dos erat profec
ticia.i.de bonis patris profecta:vel alias quādo
cunq̃ dos erat ad patrem recaſura:pater non ꝑ
dit eam propter delictum filie:q2 non debet p̄r
portare iniquitaiem filij. Si vero non erat reca
ſura ad patrem:q̃uis ab eo ꝓfecta eſſet:quia ea
mortua:eam rehabiturus non erat:tunc marit⁹
eam lucratur:⁊ ſic intelligit hoſt.C.de adul.l.vl.
ad fi.⁊ extra de diuor.c.conſenſu. Sed quando
dos erat reditura ad patrem:pater eam perdit
q̃diu filia adultera viuit:ſicut etiam non potu/
iſſet eam repetere ipſa non adulterāte:nec deb3
ipſe ex delicto filie lucrari: ſed tenebit eam vir
adultera viuente:poſt eius mortem redibit dos
ad patrem:ſicut ſi p̄latus eccleſie cōmittat fello
niam.i.coniuret contra dn̄m:q̃diu ipſe viuit: ec
cleſia feudum perdet:ſed ipſo mortuo ad eccleſi
am feudum redibit:ne delictum perſone redun
det in dānuꝫ eccleſie. Et ex his ſequitur:ꝙ ſi vir
committit crimen leſe maieſtatiſ:propter qđ bo
na eius confiſcentur:⁊ ipſe nudus exulet:vxor ꝑ
dit dotem:q̃diu viuit vir eius:ne per eius deli
ctum lucretur vxor:qđ prius nō habebat:interī
tamen fiſcus ei ꝓuidere tenetur neceſſaria loco
viri:ſed viro mortuo rehabebit integre dotem
⁊ dotarium ſuum vt dicunt de cōſuetudine.hec
pe.de.palu.in.4.di.42.

## Item ſciendum de ex/

penſis factis ab vxore extra domum:q2 vir ꝓ
oneribus matrimonij h3 dotem:ideo a tempor̄
contracti matrimonij intus ⁊ extra debet ſibi fa
cere expenſas vir ſm quantitatem dotis.ff.fami.
her.l.ſi maritus.īmo etiam ſi dotem non h3 vel
perdidit culpa ſua tenetur ei neceſſaria ꝓuidere
ſm facultates ſuas:īmo vbi maritus diſſipat bo
na ſua vergens ad inopiam etiam conſtante ma
trimonio:mulier recuperat dotem vt dictuꝫ eſt.
Sed quando mulier ſponte receſſit: non recu/
perat expēſas:niſi a tempore quo rediens non ē
admiſſa:⁊ hoc,niſi opponatur de adulterio:qa
adulter nihil tenetur preſtar̄ niſi ipſa replicet d
conſimili. Dico autem ꝙ ſponte vaganti non te/
netur ad expenſas:ſed ſolum quādo iuſta de cā
puta propter nimiam ſeuitiam viri vel aliquid
huiuſmodi:vel q2 vadit ad longinquas partes:
⁊ eam mittit ad conſanguineos ipſius vxoris ꝓ
maiori honeſtate ⁊ huiuſmodi. pe. de palu.vbi
ſupra.

## Ex notatis in prece/

dentibus capitulis ⁊.§. Nō ſumma
tim vitia tam virorum q̃ mulierum coniugato/
rum:que concernunt coniugium:que mortalia
ſunt. Primo ſi quis contrahit ſciens in ſe eſſe
vel habere aliquod p̄dictorum impedimētorū
14.que impediunt ⁊ dirimunt matrimonium:ñ
habita diſpenſatione a papa:in his in quib⁹ a pa
pa poteſt diſpenſari. Secundo cum habens
votum ſimpliciter religionis vel caſtitatis vel q
ſuſcepit habitum religionis approbate cum fir/
mo ꝓpoſito remanendi:⁊ ante profeſſionem ta
citam vel exp̄ſſam egreſſus eſt:contrahit matri
monium ſine diſpenſatione pape. Tertio cum
talis contrahens matrimoniuꝫ ⁊ cōſumans:exi/
git debitum:non habens ſuper hoc diſpenſatio
nem:reddere autem tenetur. Quarto: cum
quis contrahit marrimonium clandeſtine ſine
preſentia ſaltem teſtium:⁊ quouſq̃ manifeſtū fa
ciat ſufficienter ſemper eſt ī mortali. Quinto



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cuȝ contrahit contra interdictū eccleſie: vt quia oꝛdinarius audiens aliquod impedimētum circa aliquod matrimonium fiendum: ꝑcipit ne fiat contractus talis: niſi prius diſcuſſo negocio. ¶ Sexto: quādo quis contrahit de futuro vł̄ ꝺ preſenti non intendens ꝯtrahere: ſed decipere ꝛ copulam extoꝛquere. ¶ Septimo: qn̄ quis cogit aliquem vel aliquam ad ꝯtrahendum ꝺ futuro vel de pſenti: ēt ſi ſint pater vel mater: quia omnimoda dꝫ eē in huiuſmōi animi libertas ſecus ſi ꝑſuadeat tantū. ¶ Octauo: qn̄ ſponſalia: ēt de futuro tātum frangit extra illos nouem caſus qui ſupꝛa ſignātur. Illus autem cui frangūt̄ excuſatur. ¶ Nono: qn̄ ꝯtractum p verba de pſenti hoc negat: ꝛ ꝗuis alter contrarium ꝓbare nō poſſit vel non ꝓbet: tamen neuter cum alio contrahere poteſt: alias eſſet in continuo adulterio ꝛ ſeparari deberet. ¶ Decimo: qn̄ pᵒ ꝯtractum p verba de preſenti non vult conſumare alio regrente congruo tempoꝛe: nec vult religionē īṫrār vt poſt ꝓfeſſionem alter ſit liber: hoc facit: puta quia audiuit illum pauperem vel iniquum: vel quia īdignati ſunt adinuicem: ꝛ huiuſmodi. Et ſimiliter peccant parentes: qui hoc non ꝑmittunt ſine rationali cā̄: vt quia ſine voluntate coꝝ contraxerunt ꝛ huiuſmodi. ¶ Undecimo: quando cōſumant matrimoniū ante bn̄dictionem nuptiarum: cum benedici debeant: vt qꝛ ꝑnium matrimoniū. ¶ Duodecīo: qn̄ conſumant matrīonium ſeu celebꝛant nuptias tempoꝛe ꝓhibito ab eccleſia: vt in aduentu a. lxx. vſqꝫ ad octauā epiphanie: ꝛ a diebuſ rogationum vſqꝫ ad octauas pentechoſtes: ꝛ hoc ſiue ſit virgo ſiue vidua: ſiū ſiat cū ſolēni apparatu ſiue pauperrime. ¶ Tertiodecimo: quando quis cognouit conſanguineam vxoꝛis ſue vſqꝫ ad. 4. gradum: nā tunc non poteſt exigere debitū ab vxoꝛe: vel vxoꝛ a viro ſuo: ſi fuit cognita a cōſanguineo viri ſui: niſi habita diſpenſatione ſuper hoc: reddere tamē debitum tenetur coniugi exactus: ſiue expꝛſſe ſiue ĩterꝑtatiue: ꝛ hoc quando iſtud fuit perpetratum poſt conſumatum matrimonium: vel in contractu per verba de pn̄ti. nam ſi ante fuiſſet eēt ĩpedimentum dirimens matrimonium. ¶ Decīoquarto: quando alter alteri denegaret debitum nō hn̄s aliquam cām rōnalem: etiam ſi faceret cauſa deuotionis: vbi alter oīo petat ſibi reddi. ¶ Decimoquinto: quando in actu coniugij repitur aliquis de illis. 8. caſibus: qui notātur ſupꝛa in. c. de actu coniugij. Nam vel eſt moꝛtale vel dubium de moꝛtali: ibi vide: vbi etiam habes quando eſt veniale in vſu coniugij: ꝛ quādo nullum peccatum. ¶ Decimoſexto: quando vir ſine cā rōnabili grauiter verberat vxoꝛem: vel contumeliatur ei turpibus verbis multum: vel cuȝ non ꝓuidet neceſſarijs cuȝ poſſit. ¶ Decimoſeptimo: quando vxoꝛ habens niſi dotem: ſi det de bonis domus ꝛ viri ſine licentia eius expꝛeſſa vł̄ interꝑtatiua: ꝛ multo magiſ contra pꝛohibitiōeȝ eius conſanguineis vel amicis: vel expendat ĩ rebus malis vel vanis: vt ludo v̄ ĩ pompis: vel ēt notabiliter in elemoſynis peccat grauiter. qꝛ furtum cōmittit: niſi habeat artem multū lucroſam vltra gubernationē domus. ¶ Decimoctauo: cū vnus coniugum aſſentit alteri in adulterio: vel vir exponit vxoꝛem alijs cā temporalis ſubſidij vel alia de cā: vel vxoꝛ permittit virum vitium ſodomie ꝑpetrarē: cū poſſit obſtare. ¶ Decimonono quando vxoꝛ non vult ſequi virum in cohabitādo vel mutando domicilium: niſi timeret ꝓbabiliter moꝛtem vel mutilationem: vel q̄ exponat eam alijs: vel q̄ trahat eam ad hereſim vel aliud moꝛtale: vel q̄ non poſſet eam ſuſtentare vel familiam cū inter ſuos ſubueniatur eis.

¶ Uiceſimo: quando de conſenſu vtriuſqꝫ vterqꝫ vouit continentiam ꝛ nō ſeruant: tunc enim ꝛ exigens ꝛ reddens ſine alia diſpenſatione peccaret moꝛtaliter niſi diſpēſetur. ¶ Uiceſimopꝛīo: de negligentia in gubernando familiā: in admonendo filios ꝛ ſeruos ad mandata dei ꝛ eccleſie ꝛ ſacramenta ſumendo: in coꝛrectione vitioꝛum ꝛ hmōi in pꝛouidendo neceſſaria domui: in exceſſu amoꝛis alterius ad alterum: in pōpis ꝛ vanitatibus pꝛecipue mulierū eſt difficile dare regulaȝ quādo ſit moꝛtale vel veniale: nec de facili ĩ hmōi debet pꝛecipitari ſn̄ia. ¶ Uiceſimoſecūdo: quādo ꝓcuratur aboꝛſus ſiue a viro ſiue ab vxoꝛe: ſiue etiam ex negligentia ꝛ a caſu: vt ꝓpter verberationem vel nimium laboꝛem vel multā laſciuiam coniugalis actus. ¶ Uiceſimotertio eſt in mulieribus: quando ex negligentia oppꝛimūt ꝑuulos in lecto ſecum eos tenētes: ꝛ multo magis quando ex incuria ꝛ tarditate eoꝛum decedunt paruuli ſine baptiſmo. ¶ Uiceſimoquarto: quādo vxoꝛ concepit per adulterium ꝛ illum nutrit de bonis viri: tanqꝫ ſit ſuus: qꝛ furtum facit de illa ſubſtantia qua illi ſubuenit. Et idem de ea q̄ ſibi ſupponit partum alienum tanqꝫ ſit ſuum.

¶ Uiceſimoquinto de blaſphemijs de mendacijs de periurijs de contumelijs ꝛ de tractationibus: que continue pꝛoferuntur: cum ſunt in locutionibus.

## ¶ De diuerſis vitijs mulierum per alphabetuȝ. Capitulum. 24.

**Ecce ego in iniquitatibus** conceptus ſum: ꝛ in peccatis cōcepit me mater mea ps. 50. Loquitur pſalmiſta in perſona cuiuſlibet concepti ꝛ concepte ex viro ꝛ muliere ſecundum hieronymum. Unde excipitur ſolus chꝛiſtus: q̄ n̄ ex virili ſemine cōceptus eſt: ſed myſtico ſpiramine ex maria virgine. Omnis alius vel alia ſub hac ſententia includitur: vt dicit augu. de conſe. di. 4. firmiſſime. Et conceptus ſit in vtero mulieris: partus eſt egreſſus ex vtero. Et conceptus quideȝ in voluptate

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed partus cum maxima mulieris penalitate. In plurali dicit iniquitatib⁹ ⁊ in peccatis: qr ⁊ ſi originale: de quo loquitur ē vnū in eſſentia: tn̄ multiplex in efficientia ſecundū tho. in p̄ma. 2. q. 82. ar. primo. Nam inficit plures potentias anime ⁊ inclinationes facit ad multa: immo omnia peccata ad mala commiſſionis: que dici poſſunt iniquitates ⁊ defectus omiſſionis: que peccata dicuntur ⁊ ſunt: licet autem in ꝯceptu creature adhuc ibi nō ſint iniquitates: qr nec potentie infecte: nec habitus vitioꝝ nec actus qui ſūt potentiarum: cum ibi nondum ſit anima ſubiectum omnium horum. Nam in capite. 40 dierum a principio conceptionis maſculi dicitur anima de nouo tunc creata infundi: ⁊ in capite. 80. dierum a conceptu anima femine infunditur: ⁊ tunc peccatum originale contrahitur nō p̄us. dicitur tamē concipi in iniquitatibus: ꝗa tunc caro infecta ex vitioſa origine primorum parentū: ex qua anima poſtea maculatur. Et qr huiuſmodi originalis tranſfuſio prima cauſa fuit tranſgreſſio mulieris que etiam induxit adam ad idem ſuaſione: ideo de muliere fit potius mentio: ꝓpter quod eccleſiaſtes. 7. c. Salomon filius dauid dicit ō muliere. Inueni amariorem morte mulierem: que laqueus eſt venatorum: ſagena cor eius: vincula ſunt man⁹ eius: qui placet deo fugiet illā: qui aūt peccator eſt capietur ab ea. ideo dicitur mulier amarior morte: quia mors naturalis interimit corpus: ſed culpa que primo habuit ortum a muliere Eua: occidit animam priuando gratia: ⁊ cauſa prima fuit mortis corporalis. Amarior eſt morte: que etiam denominat diabolum apocal. 7. c. Nomen illi mors: qr diabolus induxit euam ad peccandum: ſed eua adam: ſed peccatum eue ſolum non induxit nobis mortem anime ⁊ corporis: niſi ſubſecuta fuiſſet culpa adam ad quam eua induxit. In eo enim completa eſt infectio totius humani generis: ideo etiam quia mors corporalis eſt inimicus manifeſtus ⁊ terribilis: ſed mulier eſt inimicus blandus ⁊ occult⁹: ⁊ ideo amarior ⁊ periculoſior. Laqueus dicitur venatorum: ſcilicet demonum quibus capiunt aues ⁊ feras ſilueſtres: ideſt contemplatiuos ⁊ ſolitarios per viſum: vt dauid ⁊ plures heremitas. vel per auditum: vt eua adam. Ber. dicit: ꝙ vxor mulieris eſt ſerpentis ſibilus. Et propheta abacuch primo capitulo. Facies eorum ventus vrens. per viſum ergo ⁊ auditum ad mulieres venator diabolus capit ſanctos viros. Sagena dicitur cor eius ideſt affectio ad mulierem. hac capiuntur piſces homines natantes in aq̄s deliciarum: abacuch primo. Totum leuauit in ſagena ſua: ſcilicet diabol⁹ affecto nimia: amon ad germanam ſuam thamar induxit eum ad ſtuprandum eam inuitam: ſecundo Regū. ¶ Manus ei⁹ ſunt vincula ad detinendū. Manus ſūt munuſcula vel ipſa commixtiōis opera: que ita detinent homines alligatos: vt vix valeant dimittere. Et vt clare pateat amaritudo ideſt malicia mulieris: formabitur vnum alphabetum: qđ ipſe docent ſuos ſcholares: in quo tangūtur earum proprietas: ⁊ nequitie ſecundum iohan. do. ſuper. eccleſiaſten A Eſt enim auidum animal. B Beſtiale baratrum. C Concupiſcētia carnis D Damnoſum duellum. E Eſtuans eſtus. F Falſa fides. G Garrulatum guttur. H Herinis armata. I Inuidioſus ignis. K calumniarum chaos. L Lepida lues. M Monſtruoſum mendacium. N Naufragij nutrix. O Opifex odij. P Prima peccatrix. Q Quietis quaſſatio. R Ruina regnorum. S Silua ſuperbie. T Truculenta tyrannis. V Vanitas vanitatum. X Xantia xerſis. Y Ydolorum imago. Z zelus zelotypus. ¶ Primo ergo eſt auidum animal ideſt auaricie deditum. Unde ſeneca in libro declamati. dicit: ꝙ auaritia eſt muliebre vitium: ſūt puſillo animo ⁊ inutiles: vt minus lucrari ſcientes. vnde ⁊ nimis timentes ne neceſſaria ſibi deficiant: ſicut ſaphyra: que timens ne deficerent ſibi ⁊ viro victui neceſſaria: occultauit partem p̄cij habiti ex agro vendito: actuum. 5. capitu. Et Ouidius in quarto metha. narrat. Danaes filiā acriſij auro fuiſſe corruptam: quia ad omne malum eas auaricia ducit. ¶ Secunda littera alphabeti: que eſt. b. ſignificat ꝙ eſt beſtiale baratrum inſipidum. Quid eſt mulier? dicitur enim prouerb. 12. Circulus aure⁹ in naribus ſuis mulier pulchra ⁊ fatua. Et Terentius ait: ꝙ mulieres ferme vt pueri leui ſententia ſunt. Et Lactātius tertio inſtituti. dicit nunꝗ̄ aliquam mulierē philoſophiam ſciuiſſe: niſi themeſtes. Et ratio naturalis ē: quia mulier plus carnalis viro exiſtēs minus ad ſpiritum ſeu ſpiritualia attendere poteſt: quod etiam patet de mulieribus: que cum viris conuerſantur: que videntur quaſi alterius ſpeciei a viris quantum ad intellectum. ¶ Tertia littera eſt. c. ſignificans carnalem concupiſcentiam: que in eis videtur inſatiabilis ſecundum illud prouerb. penultimo. Tria ſunt inſatiabilia ⁊ cetera. ⁊ quartum quod nunꝗ̄ dicit ſufficit: ſcilicet os vulue. Unde eccleſiaſ. 36. dicit. Omne maſculum excipit mulier: ⁊ cum naturaliter videretur debere eſſe contrarium: ex eo ꝙ dicit Ariſtoteles in. 14. de animalibus: ꝙ femina eſt frigidior maſculo. Unde deberet eſſe magis caſta: tamen eſt oppoſitum ⁊ de facto videtur: cuius ratio poteſt eſſe: quia femina eſt imperfecta: ⁊ appetit virum ſicut materia formam: vt habetur primo phyſicorum: quia vnumquodq; appetit ſuam perfectionem. Materia autem perficitur per formam. Eſt enim in generatione mulier vt principium materiale: ⁊ vir vt principium formale. Naturale ergo deſiderium mulieris ē eſſe cum viro. Illa caſta ait quidam: quam nemo rogauit. At niſi pudeat ipſa rogabit: ſed pudor eius innatus refrenat eas: quo dimiſſo: nemo poteſt ante eas. Exemplum in vxore phu-

tifaris ꝙ mulier moleſta erat adoleſcenti ioſeph
ſollicitans ad adulterium:gene.39.capitulo:ſ3 re
licto pallio aufugit:nec eſt enim alius modꝰ eua
dendi:niſi fugere ab eis. Beatus berꝰ.claman/
do latrones ſic euaſit manus hoſpite eum ad ne
fas incitantis. Adeo inſatiabilis luxurie eſt: vt ð
cleopatra regina alexandrie dicatur:ꝙ in publi
co proſtibulo omnibus ſe exponens recedebat
laxata ſed non ſatiata. Et ſemiramis que regna
uit poſt ninum virum eius regem aſſyriorū: ita
exarſit in libidinem:vt filium eius duceret ĩ ma
ritum:a quo poſtea occiſa eſt:iuſtinus in primo
S3 ⁊ vt dicit apoſtolus: Femine relicto natura/
li vſu femine viri in feminas exarſerunt in ſe tur
pitudinem operantes:vt ait apoſtolus. Ro.i.c.
Nec contenta humana ſpecie:aliquando etiam
ad bruta conuertitur. Ob quod ſcelus dominus
mandauit ĩ lege. Mulier que ſuccubuerit iumē
to:morte moriatur:⁊ animal occidatur ad tollē
dam memoriam ſceleris:exo.22.c. ¶ 4ᵃ.littera
eſt.d.innuens doloroſum duellum ſcilicet inter
virum ⁊ vxorem:quia contrariatur viro. Unde
de coſta curua formata eſt mulier ideſt de coſta
pectoris:que torta eſt quaſi contraria viro. Le/
gitur de quodam cuius vxor ſubmerſa erat in
fluuio:ꝙ quereret cadauer eius ad educendum
de aqua:ibat per fluuium contra aquam:⁊ inter
rogatus cauſam:cum res graues deſcendant in/
fra :non ſupra contra aquam. Reſpondit:muli/
er iſta inuita ſemper fuit contraria dictis ⁊ man
datis meis:ideo quero contrario modo: ſi forte
eſſet mortua contrariam voluntatem vltra con
ſuetū tenuiſſet. Socrates philoſophuſ interroga
tus ſi ducenda eſſet vxor:reſpondit:ſi non capi
es ſolitudo orbitans excipiet hic generis interi
tus hic heres alienus:ſed ſi ceperis: illic perpe/
tua ſolicitudo conqueſtus querelarum dotis ex
probratio affinium grauc ſupercilium garrula ſo
crus lingua ſucceſſor alieni matrimonij: ĩcertus
liberorum euentus:hec locutus ē expertꝰ. Nam
vt ait beatiſſimus doctor hieronymus in libro
contra iouinianum. ¶ Hic ſocrates habuit duas
vxores:quas ingenti patientia ſuſtinens:non po
tuit tamen ab earum contumelijs clamoribus ⁊
vituperationibus liberari. Et cum quadam die
querulantibus ipſis contra eum domū ille egreſ
ſus:vt earum moleſtias euitaret :⁊ ante domum
ſederet:piecerunt ille mulieres ſuper eum aquā
ĩmmundam:ſuper quo ipſe non perturbatꝰ ait.
Sciebam ꝙ poſt tonitrua pluuie ſequebantur.
¶ 5ᵃ littera eſt.e.in qua intelligitur :ꝙ eſt extuās
eſtus per iram ⁊ impatientiam:ſicut enim maris
eſtus ſemper bulit ⁊ currit:ſic mulier tota ē im
patiens ⁊ maxime cum odit quem amauit:vt pa
tet in muliere:que accuſauit falſo ioſeph ⁊ incar/
cerare fecit:qꝛ noluit ſibi in ſcelus cōſentire ad/
ulterij:gene.30. Non eſt ira ſuper iram mulieriſ.
eccle.25.c. Et ſeneca tragedia.8. Nulla vis flam
me tumidiq; venti tanta nec teli metuēda torti:

q̄ta cum coniunx viduata tediſ ardet ⁊ odit.ꝗ.
Non vbi hybernos nebuloſos imbres auſter
aduexit: pperatq; torrēs ⁊c. ¶ 6ᵃ littera eſt.f.vbi
innuitur falſa fides:forſan ipſa nominis etymo/
logia hoc oſtēdit. Femina femeno.i.minus fide
patet in prima muliere Eua:que dixit ſerpenti
interroganti quare non ederent de omni ligno
paradiſi. Edit de omni ⁊c.ne forte moriař:ge/
ne.ii.⁊ ſic oſtendit dubitare nō fidem habere ad
verba dei. Hec q̄ſtūcula fides remanſerit in pe
tro:vt ſubuerteretur operam dedit:dum bis an
cilla ad negandum xp̄m eum induxit:luce.22.⁊
mat.26.c.hoc quaſi ex conditiōe ſua naturali p
cedit. Cum enim ſit imperfectum animal ſēper cre
dit ſe decipi propter quod ſemper decipit. Cato
Inſtruit inſidias lachrymis dū femina plorat.
vt patet in vxore ſanſonis que multum infeſtās
eum ad declarandum ſibi pblema propoſitum
ſodalibus:ab eo expoſitum eis reuelauit:⁊ ſic de
cepit:iudicum.16.c. ¶ 7ᵃ.littera eſt. g.garrulum
guttur inſinuans:prouerb.19. Tecta iugiter diſti
lantia litigioſa mulier:ſic due mulieres meretri/
ces contendebant coram rege ſalomone de filio
mortuo.3.R.3.c. Theophraſtus phiꝰ. loquens
de vxore:quomodo ē moleſta viro:ait. Per to
tas noctes garrule queſtiones:illa ornatior pro
cedit in publicum:ego in conuentu feminarum
miſella deſpicior ⁊c. Et perfidi iudei ꝯcitauerūt
religioſas mulieres contra paulum ⁊ barnabam
predicantes.ſ.que eloquerentur de eis. Et per
hoc eiecerunt eos de finibus ſuis vt habetur in
actibꝰ apoſtolorū.15.c. ¶ 8ᵃ littera eſt.h.deſignās
herinis armata:herinis a poetis dicebatur dea
diſcordie ⁊ eſt quedā furies infernalis. Seneca
in tragedia.8. Quam ſuperba vicit herinis:tu nu
das ſēper domos comitas. Chryſoꝰ in ſermōe
qui incipit heu me ait. Ego extimo nullam enim
eē in hoc mūdo beſtiā operabilē male mulieri.
Quid inter quadrupedia aīalia leone ſeuiꝰ:aut
in ſerpentibus dracone atrocius:ſed leo ⁊ dra/
co in malo inferiores ſunt. Danielē in lacu leōis
veriti ſunt.daniel.vi.c. Iuſtum naboth crudeliſ
ſima iezabel interfecit.3.R.21.c. Cete ionā ĩ ven
tre cuſtodiuit:ione.2.c. Dalida ſanſonē circūue/
nit illecebris ⁊ raſo capite deformatus alienige
nis tradidit :iudicum.14.15.16.c. Johannē. bap
tiſtam in deſerto viuentem dracones ⁊ aſpides
cornute ſubdita feritate tremuerunt. Herodias
vero eidem caput abſcidit:⁊ tanti viri mortem ĩ
preiudicium ſaltantis accepit:marci.6.c. ¶ 9ᵃ lr̄a
eſt.i.inuidioſis ignis. Hoc de ſanctis mulieribꝰ
crede ⁊ de ceteris magis. Uides enim in geneſi
quāta fuit inuidia Sare ad agar poſtq̄ꝫ cōcepit
gene.21.c. Quanta rachel ad Lyam:qꝛ filios nō
habebat rachael vt lya:gene.30.c. Quāta Anne
ad fenēnam fecundā:ipſa ſterili exiſtente.i.Re.i.
c. Quanta Marie ad moyſen propter ethyopiſ
ſā:numeri.12.c.vñ murmurauit ⁊ detraxit moy.
Quanta Marthe ad magdalenam cū ſedēs ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pedes dñi audiebat verbum illius:ipſa martha
miniſtrante:luc.10.c.vñ ⁊ dicitur eccle.37.Tra
cta cum muliere de his que emulatur.q.dicat
non eſt tractandum cū ea.qꝛ ſemper emulatio.i.
inuidia eſt in mala muliere.Et propterea ꝓcurāt
aliquando fieri maleficia his quos emulantur.
¶10.littera eſt.k.i.kaluminarū chaos.Eſt eniꝫ
confuſio murmurationū ⁊ infamationum.Dicit
philoſophus.3° politicoꝛum ꝙ ſi mulier ſit elo
quens:non eſt virtuti aſcribendum:ſed loquaci
tati.q.dicat ꝙ de ſui natura eſt animal loquax
Et apo.i.thimo.5.c.dicit de mulieribus que ha
bent apparentiaꝫ ſanctitatis:ꝙ diſcūt circuire ꝑ
domos:non ſolum ocioſe:ſed ⁊ verboſe.vñ cōe
ꝓuerbiū eſt ꝙ qui vl't aliquid eſſe publicum di
cat vni mulieri:ex loquacitate omnibus dicūt
¶11ª littera eſt.l.i.lepida lues.nā pungit ⁊ tamē
delectat.vnde aſſimilatur vox earum cantui ſi/
renarum:que dulci melodia tranſeuntes attra/
hebant ⁊ tandem occidebant:qꝛ marſupia eua/
cuant:vires auferunt ⁊ deū perdere cogūt.Vale
rius ad ruffinum hec loquens:placet delectatio
⁊ pūgit delictum:flos veneris roſa:qꝛ ſub eiꝰ pur
pura multi latitant aculei.pꝛouerb.5.c.Nitidioꝛ
oleo guttur eius ideſt locutio:nouiſſima eiꝰ ama
ra quaſi abſinthio:per hanc q̄ſierunt conſangui
nei ſancti thome de acquino peruertere mentē
eius a pꝛopoſito religionis:mittentes ad eum in
cameram ſtrictam puellam pulchꝛam ſuggeſtri
cem libidinis.ſed puer ſanctus a deo confoꝛtatꝰ
viriliter reſiſtit:titione ignis in camera exiſten/
tes aſſūpto in manu eam de camera expulit.
¶12ª littera eſt.m.⁊ ſignificat menſtruoſū mēda
cium.Idem.ſ.valerius ad ruffinum:chimeraꝫ
mulierem eſſe neſcis:ſed ſcire debes ꝙ mōſtrū
iſtud trifoꝛme.Inſigni venuſtet̄:facie leonis olē
tis maculetur:ventre capꝛe virulente armetur
cauda vipere:vult dicere ꝙ aſpectus ē pulcher
tactus fetidus conuerſatio moꝛtifera:⁊ ſicut eſt
mendax in natura:ſic in loquela mulier ē men/
dax:nec homo ſit ita bene inuenire ⁊ coloꝛare
mendacia ſicut mulier:⁊ ita in ꝓ̄ptu hꝫ.Sicut
ſara mendacium dixit angelo.ſ.ſe non riſiſſe.ge
ne.18.c.Obſtetrices hebꝛeoꝝ ſephoꝛa ⁊ ſua pha
raōi:exodi pꝛimo.Raab ierecontinis.Joſue.2.
c.Michol ſauli patri ſuo querenti dauid occide
re.i.Re.19.c.Saphira petro actuum.5.Et quoti
die mendacia dicunt:⁊ ꝙ peius eſt non credunt
ſe offendere:cum ad ſcandalum remouendum
hoc faciunt.Cum tamen dicat Iſidoꝰ. Omne
mendacium peccatum eſt.¶13ª littera eſt.n.⁊ i/
dicat ꝙ eſt naufragium vite.Vnde ait ſecunduſ
phiꝰ.Mulier eſt hominis confuſio:inſatiabilis
beſtia:continua ſolicitudo:indeficiens pugna:vi
ri incontinent] naufragium humanum mancipi
um.Et de ipſo narrat vinc.ī ſpeculo:ꝙ reuertēs
a ſtudio ad ciuitaiem ſuam:cum audiſſet m'lta
de incontinentia mulierum voluit hoc experiri
de matre ſua.Vnde in habitu trāſfoꝛmato vt pe
regrinus acceſſit ad domum matris que hoſpi/
ta erat:⁊ cum pꝛomiſiſſet ſibi certam pecuniaꝫ:
vt doꝛmiret cuꝫ ea:⁊ illa acquieuiſſet:de nocte
cum illa pꝛouocaret eum ad opus nefarium:ille
manifeſtauit ſe filium ſuum:ex quo illa ita eru/
buit:vt moꝛtua ſit pꝛe confuſiōe.Et oꝛigines ſu
per illud mat.15.Ecce mulier cananea ait.Mu/
lier arma diaboli:caput peccati mat̄ delicti trāſ/
greſſio legis diuine expulſio paradiſi.¶14ª lr̄a
eſt.o.i.odij.opifex.theophꝛaſtus.Nō amicū ha
bere poſſumus:non ſodalē:alterius amoꝛeꝫ ſuū
odium ſuſpicatur mulier.Et qualia odia ſīt hec?
certe inuincibilia ⁊ patentia multum.vnde ⁊ va
lerius ad ruffinum.Experimentum cape:qđ au
dax eſt ad omnia que amat ⁊ odit femina ⁊ arti
ficioſa cum nocere vult:qđ ſemper eſt:vt patet
in herodia que īſidiabatur iohāni:⁊ ex odio ad
eum ꝓuocauit moꝛteꝫ eius.marci.6.c.¶15ª lr̄a
eſt.p.i.pꝛima peccatrix.Petrus rauēnas in ſmo
ne reſurrectionis ait.Mulier peccati cauſa mali
auctrix via mōtis ſepulchꝛi titulꝰ īferni ianua la
menti neceſſitas:ideo ad eam tentandā acceſſit
diabolus potius q̄ꝫ ad virum:qꝛ cognouit minꝰ
vigoꝛoſam rōnem habētem:ſed non cōtenta ſui
ruina induxit virum.¶16ª eſt lr̄a.q.⁊ intelligit̄:
ꝙ eſt quietis quaſſatio.Narrat valerius ꝙ fo
rone rex grecoꝛum die qua moꝛtuus eſt:dixit
leontio fratri ſuo:ad ſūmam felicitateꝫ nihil mi
hi deeſſet:ſi mihi vxoꝛ ſemper d̄fuiſſet:cui leon
tius.Et quomodo vxoꝛ obſtat?⁊ ille:mariti hoc
omnes ſciunt.Et cato vticen.dixit.Si abſqꝫ fe/
mina poſſet eſſe mundus:conuerſatio noſtra nō
eſſet abſqꝫ diis.Et cicero queſitus:quare vxoꝛē
repudiaſſet.Rndit ſe non poſſe vxoꝛi ⁊ philo/
ſophie vacare.Vnde ⁊ plato qui mulierem non
cognouit:ſed virgo permāſit īter alios ethnicos
philoſophos plus de diuinis ſcripſit.¶17ª lr̄a ē
r.qꝛ mulier eſt regnoꝛum ruina:quando.ſ.ē ma
la:ſi eſt ex hominum memoꝛia:queramus inue
niemus fere omnia mundi regna pꝛopter mulie
res fuiſſe ſubuerſa.¶Pꝛimum qđ fuit regnum
felix.ſ.troie pꝛopter raptum vnius femine.ſ.he/
lene deſtructum eſt ⁊ milia grecoꝛum occiſa.¶
Regnum iudeoꝛū multa mala ⁊ exterminia ha
buit pꝛopter peſſimam reginam Jezabel ⁊ filiā
eius Athaliam reginam in regno iude:que occi
di fecerat omnes filios filij:eo moꝛtuo vt ipſa re
gnaret:ſed vtraqꝫ occiſa eſt.¶Romanoꝛum re
gnum multa mala ſuſtinuit pꝛopter Cleopatraꝫ
reginam egypti peſſimam mulíereꝫ:⁊ ſic d̄ alijs.
¶18ª lr̄a eſt.ſ.que ſignificat ꝙ eſt ſuperbie filia.
Vnde chꝛyſoſtomus.O maluꝫ oī malo perꝰ mu
lier mala:ſiue illa pauper ſit ſiue diues ſiū vxoꝛ
ſit:nō ceſſat nocte ⁊ die viruꝫ callidis ſtimulare
ſermonibus blanda nequiter ⁊ impoꝛtuna vio/
lenter.Si vero pauperem virū hꝫ:ipſum quoqꝫ
ad iracundiam ⁊ rixas incitare non deſinit.Et ſi
vidua ſit ipſa:per ſemetipſā omnes deſpicit paſ/
ſim:⁊ ad omnem audaciam ſpiritu ſuperbie in/

ſlatur. ¶ 19ª lr̄a eſt.t.ſ.truculenta tyrannis ē mu
lier. Unde theophraſtus. Si totam domū ei cō
miſeris ſeruandum eſt. Si aliquid tuo arbitrio
reſeruaueris: etiam minimum vel magnū ſideꝫ
ſibi adhiberi non putabit: ⁊ iurgia concitat: ⁊ ni
ſi cito cōſulueris parat venena: haruſpices ⁊ ha
riolos conſuluit. Sed quale ſit dominium mu
lierum audi Tulliū i paradoxa. ¶ Nūquid ille
liber eſt: cui mulier imperat: leges īponit: pſcri
bit iubet vetat: qḋ ei videt̄: nec ille īperanti ali
quid negare poteſt vel audet? Ego iſtū non mō
ſeruū: ſed neqſſimū ſeruoꝝ appellanḋ puto: lꝫ
ampliſſima familia natus ſit. ¶ 20ª lr̄a ē.v. qꝛ ſi
mulier eſt vanitas vanitatū. hoc ſatis notū ē oī
bus fere: non eſt homo in mūdo: qui tm̄ ſtudeat
placere deo benigno ꝙ̄ mulier: etiam mediocriſ
ſuis vanitatibus ſtudet oīb⁹ placere. De hoc ex
emplum in vita beate pelagie: qn̄ dedita mun
do diſcurrebat p antiochiam ornata nimis: quā
videns quidā ſanctus pater nonnus nomīe: ce
pit flere ⁊ dicere ſocijs: ꝙ toto tpe vite ſue nūꝙ̄
adhibuerat tantā diligentiam deo placere: que
demum ⁊c. orationibus eius conuerſa ē. ¶ 21ª
lr̄a eſt.x. denotans ꝙ eſt xantia xerſis. i. tumor ⁊
impetus xerſis. Hic xerſes: vt ait oroſius ī libro
de ormeſta: cū multitudine fere innumerabili ī
pſiam veniens multa tentauit ⁊ ꝯfuſibiliter ſuo
conſilio pcedens: ſuperatus eſt ēt a pauciſſimis
grecis dn̄o grecoꝝ leonida exiſtente. hoc vitiuꝫ
eſt multoꝝ nolle regi ſed furioſe agere: ⁊ ſequi ī
petus ſuos ſine quacūꝙ̄ pietate: ait ſeneca ī pſo
na furioſe medee. Quid aīe ceſſas: ſequere feli
cem īpetum. pars iſta vltionis: qua gaudes q̄ta
eſt? ⁊c. vbi multa ponit oſtendens: ꝙ mulier nō
vult regi: ſed ſuo impetu pcedere ēt in dānū ſu
um: ſicut de multis legitur mulierib⁹: que vł ob
amorem vel dolorem: qꝛ vīdictas facere nō po
tuerunt ſeipſas occiderunt. ¶ 22ª lr̄a eſt.y. q̄ nōt
ꝙ eſt imago idoloꝝ. Sic enim ſe pingit ⁊ ornat
vt idola: īmo nec eccleſia dei ita ornatur auro ⁊
lapide precioſo: ſicut miſa mulier. Eſt ēt imago
idoloꝝ: pꝛ plus idola colit: ꝙ̄ alia creatura ⁊ fa
ſcinationes facit. Quid de potentia mulieruꝫ di
cam per ſuas īcantatiōes ⁊ arteſ magicas? Ait.n.
apuleus de aſino aureo de quadaꝫ maga mero
es noīe: ꝙ potens eſt celū deponere terrā ſuſpen
dē fontes haurire: deos infirmare manes ſublīa
re ſidera extinguere ⁊ tartaꝝ ipſum illuminare.
Sed ⁊ in primo. R. pett.c. habet̄ de phitoniſſa
que ſuſcitare fecit ſamuelē ad inſtātiā ſaulis. Et
de maga circe legitur: ꝙ quadaꝫ potione facie
bat hoīes conuerti ī beſtias. Uñ lucanus. Mēs
nulla ſanie polluta veneni incantata perit. 26.q.5
nec mirum. Et plus diabolus ḋcipit per hec' ſor
tilegia mulieres ꝙ̄ viros. ¶ 23ª ⁊ vltima lr̄a ē.ꝫ.
⁊ inſinuat ꝙ zelus zelotyp⁹ ⁊ tota zelat: ſicut de
laodice narrat hieronymus ſup danielē: que ex
iſtens vxor antiochi regis ſyrie zelans ne plus
amaret beronicē: quā ēt hēbat vxorem: ſeipſaꝫ
veneno occidit. Beronicē vero ⁊ filiuꝫ eius ex
dicto antiocho ēt fecit occidi. Hoc igitur alpha
betū ē de malis mulieribus: ḋ qua ⁊ eius doctri
na dr̄ eccle.9. Nō zeles mulierē ſinus tui: ne oſ̄
dat ſup te maliciā doctrine neꝙ̄. Nam vt dicit̄
Dīs malicia breuis reſpectu malicie mulieris.
Et qꝛ ſalomon nimis ardenti amore adheſit: di
dicit malā doctrinam ab eis: ⁊ ex ſapientiſſimo
infatuatus eſt amore mulieris: vſꝙ̄ ad colenda
idola capꝫ: ſed mulier timens deū ipſa laudabit̄.
de cuius laudibus legitur pūerbio. vltimo p to
tum illud capitulū. Sed oēs nō ſoluꝫ mulieres
ſed ⁊ viros ⁊ angelos exceſſit in ſanctitate virgo
glorioſa maria: ⁊ iō ſibi dictū ē. Benedicta tu ī
mulieribus. Et vt ait hieronymus. Totum qḋ
intulit mali maledictio eue: cā huius alphabeti:
totū abſtulit benedictio marie: inſup ⁊ grām no
bis contulit xp̄s ortus: quam nō habuit pus oīs
mundus. Et ideo, ibi in veteri teſtamento ſcriptu
re mala loquuntur de mulieribus propter p̄mā
⁊ imitatrices eius. In nouo teſtamento propter
mariam multa bona dicuntur: vt patet in euāge
lio. Et primo mulieri matri eius: ⁊ poſtea mag
dalene que plus amabat reſurgens ſe manife
ſtauit.

¶ De multiplici filiatione ⁊ legitimatione.
Capitulum. 25.

# Ego dixi dii eſtis et

filij excelſi omnes. pſ. 80. ⁊ di. 41. c. de⁹.
quis ſimilis. Dij quidē ſunt hoīes boni: non eēn
tia ſed participatione: ſed omneſ tā boni ꝙ̄ mali
ſunt filij excelſi creatione. Et qꝛ a deo patre oīs
paternitas in celo ⁊ in terra noīatur: vt ait apl's
ad ephe.3.c. ideo eſt ſciendum ꝙ multiplex ē fi
liatio: ſm ꝙ multiplex eſt paternitas. Sunt eniꝫ
correlatiua pater ⁊ filius. Et qꝛ finis principalis
matrimonij ē filiatio: iō poſt matrimoniū de h⁹
agitur. ¶ Eſt filiatio eterna ⁊ ineffabilis. ¶ Filia
tio diuina ⁊ cōicabilis. ¶ Filiatio humana ⁊ va
riabilis. ¶ Prima a nobis adoranda. ¶ 2ª a no
bis pcuranda. ¶ 3ª a nobis indaganda.

## Et quia ut dicitur iohā

i 7. Ipſe pater amat vos: debēt ⁊ filij diliger̄ eō
uerſo p̄rem bonum. De prima breuiter expedi
endo: qꝛ nō ē pn̄tis operis: ait pſ in pſona filij lo
quentis de p̄re eterno. Dn̄s dixit ad me: fili⁹ me
us es tu: ego hodie genui te. pſ. 2. ad heb. 5. c. Do
minus. ſ. deus p̄r dixit non voce: qꝛ ipſe ē deus
ſed mente ad me. ſ. filiū meū vnicū ⁊ ſubſtantialē
Et hoc ſuū dicere nō eſt aliud: ꝙ̄ verbum ſuum
pducere ſeu filiū gignere: ſicut ⁊ nos cū aliud in
telligimus verbū in mente formamus: ſed quia
tranſitoria mēs mutabilis ⁊ tpalis ac determīa
te virtutis: iō verbum nr̄m mentale tranſitoriū
eſt ⁊ mutabile hn̄s principiuꝫ ⁊ determinatā vir

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tutem:ſed mēs paterna eſt eterna incōmutabilis
ꝛ infinite virtutis:ꝛ ideo verbū ſuū eternū ꝑma
nens ꝛ ſubſiſtens:ac infinite virtutis.ps.118. In
eternum dn̄e ꝑmanet verbū tuum. Dicere ergo
eius:filius meus es tu:eſt filium ſuū ſibi coequa
lem ꝛ conſubſtantialez generare. Unde ꝛ ipe pr̄
de eo incarnato teſtimoniū perhibēs in baptiſ/
mo ait. Hic eſt filius meus dilectuſ:in quo mihi
bene cōplacui.mat.3. Quāuis enī nr̄am naturaz
aſſūpſerit:non tamē eſt in xp̄o aliud ſuppoſitum
ꝙ̄ ipſa pſona diuina in duabus naturis n̄ in dua
bus pſonis ſubſiſtens. Perfectionē āt nōt ipſius
filiationis ſeu generationis cū ſubdit:ego hodie
genui te.i.eternaliter. Eternitati enī totū ē patris
ꝛ ſic ſēp ibi ē:hodie:genui te ē tpıſ ꝑteriti pfecti
ꝛ ſignificat eius perfectionē nō tpalē:ſed genera
tionem eius quis enarrabit. Iſaie.53.ꝛ actuum.
8.c.q.d.nullus.qꝛ ineffabilis ꝛ nobis incōphen
ſibilis eſt. Unde ambro⁹. Tu digito ori amoue
ſcrutari nō lꝫ diuīa myſteria.ſ.curioſe: lꝫ credeꝛ
ꝙ natus ſit:ſed non lꝫ inueſtigare quō natus ſit:
ſed debemus adorare. Nā ꝛ angelis dicitur de
filio dei incarnato adorent:cū oēs angeli dei:ꝛ
eccleſia. Adoramus te xp̄e ꝛ benedicim⁹ tibi ꝛc̄.
De filiatione diuina ꝛ cōmunicabili dicitur io.i.
Dedit eis poteſtatē filios dei fieri. Et iſta filiatio
eſt triplex. ¶ Filiatio per creationez. ¶ Filiatio
per glorificationē. ¶ Filiatio per iuſtificationē.

## Per creationē vtique

omnes ſunt filij dei:qꝛ creati ab eo.deutero.32.
Nunquid non ipſe eſt pater tuus:qui poſſedit ꝛ
fecit ꝛ creauit te? Sed pro maiori parte ſunt in/
grati ꝛ mali filij.vnde ibi dicitur. Generatio enī
peruerſa eſt ꝛ infideles filij.xi.c. Et quia hos a/
mat gubernando:ſapientie.8.c. Diligis eniꝫ om/
nia:ꝛ nos diligemus deum. ¶ Per glorificatio/
nem ſunt omnes filij beati ꝛ ſācti ꝛ angeli. Ro.
8.c. Creatura liberabitur a ſeruitute corruptio/
nis in libertatem filiorum dei. Et de angelis di
citur iob per. Ubi eraſ cum me laudarent aſtra
matutina ꝛ iubilarent oēs filij dei. Filij dei dicū
tur:quia ſimiles eis ſunt ideſt glorioſi ꝛ impec/
cabiles:ꝛ eis data eſt paterna hereditas:ſcōm il
lud pſalmiſte. Cum dederit dilectis ſuis ſomnū
ecce hereditas domini.147.ſcilicet gloria filij
merces ſcilicet operis boni hic facti:fructus ven
tris marie matris:ꝛ certum eſt:ꝙ pater amat ta/
les ꝛ ipſi eum. ¶ Per iuſtificatiōem ſunt filij dei
in mundo aliqui tripliciter ſm̄ gratianum de pe.
di.4.§.hoc ergo modo. Aliqui enim ſunt ꝑdeſti
natione tantum: de quibus dicitur io.ii. Ieſus
moriturus erat:vt filij qui diſperſi erant ſcilicet
per varios ritus gentilium congregaret in vnuz.
predeſtinati quidem erant ad gratiam ꝛ gloriā
ſed nondum adhuc habuerant ipſam. Aliqui ta
men filij ſunt ſm̄ preſentem iuſticiam:qui ſcilicꝫ
pro aliquo tempore habent gratiam:ſed nō per
ſeuerant in ea:de quibus poteſt ītelligi illud qđ
dn̄s dicit iſai.primo. Filios enutriui ꝛ exaltaui:
ſ.per fidem ꝛ gratiam:ipſi autē ſpreuerunt me.
Alij ſunt filij dei per predeſtinationem ꝛ preſen
tem iuſticiam qui ſcilicet ſunt in gratia ꝛ perma
nent in ea:vt demum ad gloriam perueniāt. Et
de hoc dixit chriſtus diſcipulis ſuis. Filioli ad/
huc modicum vobiſcum ſum:ꝛ nunc mādo vo
bis vt diligatis inuicem.io.13.c. Per hanc vt ſi/
gnum efficaciſſimum diſcernitur ꝛ cognoſcitur
iſta filiatio dei ad gala.4. Miſit deus in corda
noſtra ſpiritum adoptiōiſ in quo clamamus ab/
ba pater. Et ſi per hanc filij excelſi omnes habē
tes eam filiationem : ꝛ pater amat vos talibus
donis remunerando:ꝛ vos diligatis eum: quo/
niam prior dilexit vos. De filiatione humana di
cit ſpiritus ſanct⁹ ps. Filij hominum vſqꝫ quo
graui corde.pſalmo.4.ꝛ eſt triplex. ¶ Filiatio
ſpiritualis. ¶ Filiatio legalis. ¶ Filiatio natu/
ralis.

## Filiatio ſpiritualis que

fit per homines :etiam tripliciter contrahitur ꝛ
diſtinguenda videtur:quia ꝛ ſacramēto fit ꝛ do
ctrine verbo extimatione ſeu morum exemplo.
¶ In ſacramento enim baptiſmi ꝛ confirmatio
nis is qui baptizatur aut confirmatur : eſt filius
ſpiritualis ꝛ eius qui baptizat vel confirmat: ac
etiam eius qui tenet ad baptiſmum vel confir/
mationem :qui dicitur patrinus. Et ſicut inter
patrem ꝛ filiam non poteſt contrahi matrimo/
nium :ſic nec inter patrem ſpiritualem ꝛ filium
ſpiritualez. Et de hoc diffuſe ſupra titu.primo.c.
de impedimento cognationis ſpiritualis. Simi
liter qui audit aliquam in confeſſione:ſacerdos
dicitur pater eius ſpiritualis:ꝛ confitens dicitur
filius ipſius. Unde dicit Symmachus papa.
Omnes quos ī penitentia ſuſcipimus:ita noſtri
ſpirituales ſunt filij :vt ipſi quos vel nobis ſu/
ſcipientibus :vel ſub trine immerſionis vocabu
lo mergentibus vnda ſacri baptiſmatis regene
rauit.30.queſtione prima omnes.vbi etiam po
nitur grauis pena ſacerdoti cognoſcenti filiam
ſuam ſpiritualem:quam ſcilicet audiuit in con/
feſſione:ꝛ in duobus capitulis ſequentibus po/
nitur talis penitentia.15.vel.12.annorum. ꝛ ei ꝗ
carnaliter cognoſcit commatrem ſuam peniten
tia.8.annorum imponitur.30.queſtione quarta
ſi pater. ¶ Hodie tamen ſunt he penitentie ar/
bitrarie :vt de alijs peccatis. Tales ergo patres
ſpirituales qui tenent homines in baptiſmo cū
promittunt pro eis credere ꝛ abrenuntiare dia/
bolo ꝛ pompis eius : debent operam dare : vt
cum filij eorum ſpirituales venerint ad vſum
rationis admoneant eos circa ea que ſunt fidei
ꝛ bonos mores : ꝛ illi debent libenter audire:
prouerbi.i.capitu. Fili audi diſciplinam patris
tui :ꝛ ne dimittas legem matris tue.i.eccleſie.
Qui autem ſunt patres ex auditione confeſſio/
nis:debent aduertere:vt nutriant non occidant

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

filios ſuos: quod faciunt dum abſoluunt: quos non debent: vel dant eis ꝓpter ignorantiam mala conſilia. ¶ Dicitur ſecundo pater ſpiritualis alicuius: qui inducit eum ad conuerſionem fidei vel bonorum morum per doctrinam predicatõnis vel admonitionis: que fit a prelatis. Unde apoſtolus .i. ad cor. 4. c. ait. Et ſi centū milia pedagogorum habeatis: ſed non multos patres: in chriſto enim ego vos genui per euangelium: et ad gala. 4. c. Filioli: quos iterum parturio: donec chriſtus formetur in vobis. Et grego. ait de rectoribus eccleſiarum: qui habent populis ⁊ ſacramenta ⁊ monitiones prebere. Quis dubitet ſacerdotes xpi regum principum ⁊ omnium fidelium patres cenſeri ⁊ magiſtros: Nonne miſerabiles inſanie eſſe dignoſcitur: ſi filius patrem diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubiugare: diſt. 96. Et anacletus papa inquit. Sententia cham damnantur filij noee: qui ſuorum prepoſitorum vel doctorum culpaȝ produnt: ceu cham: q verenda patris nõ operuit: ſed ridens monſtrauit: geneſ. 9. c. ⁊ 2. q. 7. Significat enim cham filios ſpirituales: qui derident ⁊ publicant crimina ſuorum patrum ſcilicet doctorum ⁊ prelatorū: ⁊ hi patres etiam debent cauere ſcilicet prelati ⁊ predicatores: ne quos gignunt verbo: occidant malorum operum exemplo: ſicut in figuraȝ illa mulier: que contendebat coram ſalomone: ꝙ filius eius viueret: que tamen nocte dormiẽdo oppreſſerat eum. 3° .Re. 2. Exemplo ⁊ imitatione dicitur quis filius alicuius: qui ſcilicet imitatur opera eius: vt enim dicit grãnus de pe. di. i. cuius opera quiſq; facit eius filius eſſe comprobatur. Unde etiam zacheus publicanus conuerſus ad penitentiam dicitur filius abrae. Luc. 19. Et hiero. dicit. Non ſunt filij ſanctorum: qui tenent loca eorum: ſed qui exercent opera eorum di. 40. non eſt. ſicut econtra xpus ait iudeis: vos ex patre diabolo eſtis: ſcilicet per imitationem io. 8. Et ambro. omneſ qui dicũt mendacium: filij ſunt diaboli. 22. q. 5. Cauete. qꝛ ipſe eſt mẽdax ⁊ pater eiꝰ. i. mẽdacij. Sic ⁊ cuſtodes ſaulis dormientis dicũtur filij mortis. i. Re. 26. qꝛ faciebãt opa digna morte negligenter cuſtodientes regẽ ⁊ xpus dicitur filius dei. Yſai. 5. qꝛ faciebat opera miſericordie vel ſpus ſancti. Sicut quilibet querit habere bonum patrem ⁊ honorabilem: ita ꝙ quilibet debet bonos ⁊ virtuoſos imitari non malos: ⁊ tales filij excelſi oẽs.

**De filiatione legali di**citur inter eos qui natura ⁊ eos qui adoptiõe ſũt filij. Venerande legeſ romane nõ permittunt eẽ matrimonium. 30. q. 3. ita diligere. De hoc tamẽ quõ impediat matrimoniũ talis filiatio: vide ſupra. c. de cognatione legali. Et poteſt etiam iſta filiatio legalis triplex aſſignari. ¶ Primo per legem moſaicã. ¶ 2° per legem canonicã. ¶ 3° per legem impericã.

**In veteri lege manda**uit dñs deutero. ¶ Qđ vir accepta vxore ſi moriebatꝛ ſine liberis propinquior eius germanꝰ vł alius deberet relictam illaȝ mulierem accipere ſibi in vxorem ad ſuſcitandum ſemen fratri ſuo. vnde primus filius: qui ei ex illa naſcebatur: dicebatur filius defuncti ſm legem: quãuis aliũ patrẽ naturalem haberet: qui. ſ. eum genuerat: que tñ lex hodie ſeruari non poteſt in lege canonica: ex̃ de proba. c. in pñtia. qđ tamen trahitur ex auctẽtica: ꝙ ingreſſo religionem. i. ꝓfeſſo monaſteriũ habetur loco filij fictione iuris. Unde cum moritur ſiue ciuiliter per profeſſionem ſiue naturaliter per anime a corpore ſeparationem: non dicitur mori ſine filijs propter qđ ſi hereditas vł legatum fuerit illi dimiſſa cum ſubſtitutione: vt in caſu: q̃ moreretur ſine liberis hereditas illa vel legatum deuolueretur ad alium euaneſcit ſubſtitutio: qꝛ non intelligitur mori ſine filijs: cũ ĩ hoc caſu monaſteriũ hẽatur loco filij: qđ monaſteriũ non moritur: de hoc. j. in ti. de decedentibus. c. de teſtamẽtis. ¶ Per legem autem ciuilẽ vł imperialẽ eſt introducta filiatio: que dr̃ adoptio vł arrogatio. Circa quod tria videnda ſunt. ¶ Primo quid ſit ⁊ quõ fiat. ¶ 2° quis poteſt vel non poteſt talem filiationem facere. ¶ Tertio qs ſit effectus eius.

**Et quantum ad primũ** ſic diffinitꝛ. ¶ Adoptio eſt extranee pſone in filiũ vel nepotẽ ſiue deinceps aſſũptio legitima: qꝛ. ſ. p adoptionē: qui filius non eſt: habetur ꝓ filio. Et hiꝰ ſũt due ſpecies. Una dr̃ abrogatio: ⁊ ẽ qñ ille qui nõ hꝫ p̃rem: ⁊ ſeu ẽt q emãcipatus ẽ: tranſit cũ rebus ſuis in ptãtem arrogantis: ⁊ hꝫ fieri auctoritate pncipis. ¶ Alia ſpecieſ eſt q̃ vocatur cõi noĩe. ſ. adoptio cũ. ſ. adoptatur q ẽ ĩ ptãte patris: nec tranſit in ptãtẽ adoptantis: ⁊ hoc fit imperio magiſtratus. ff. e. l. 2. ⁊ l. ſi pri. Qđ autem aliqs ĩ domo p ſe vel corã hoĩbꝰ aliquibꝰ aliquẽ recipit ĩ filiũ vel filiã nulla ẽ adoptio. C. de pba. l. nõnullis. ⁊ ex̃ de cogna. le. c. i. ĩ glo. verꝫ qđ ei ꝓmittit: ſuare dꝫ: cũ ex nulla pmiſſiõe oriatꝛ actio ſm canones: vt. 12. q. 2. qcũq; ⁊ 22. q. 5. iuramẽti. Qđ ãt dictũ ẽ ſupra ĩ diffinitiõe: ꝙ ẽ aſſũptio pſone ex̃nee: ĩtelligitur q. ſ. ñ ẽ in ptãte adoptantis quãuis alſ eẽt cõſãguineꝰ. Nã nepos põt adoptari ĩ filium. Sumitur ẽt adoptio aliqñ large: put cõphendit arrogationẽ: aliqñ ſtricte: put diſtinguitꝛ ꝫ eam: ⁊ tunc differt ab ea vt dictum ẽ.

**Quantum ad ſecũduȝ** ſciendũ: ꝙ põt adoptare p̃ſa. q ſui iuris ẽ: ⁊ q generare pñt: q. n. generare ñ pñt: ſi hoc ẽ ꝓpt ĩpedimẽtũ naturale: ñ poterũt adoptarꝛ: ſed hoc ſi ẽ ꝓpter ĩpedimentũ accidẽtale: vt ſpado ſiũ bello caſtratꝰ pñt. ff. e. l. 2. Itẽ ñ põt adoptare minor. 60 annis: niſi iuſta cã interueniente. ff. e. l. ſi pater

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Item mulier adoptare nõ poteſt:niſi ex reſcrip/
to principis in ſolatium liberorũ amiſſorum in
bello. C.e.l.mulierez. Adoptari aũt poteſt qlibz
tam maſcul⁹ q̃ femina:dũmodo minor ſit patre
adoptante:q̃ eius filius naturalis eſſe poſſet. ff.
e.l.adoptio. Adoptatur aũt preſens ⁊ volũtari⁹
tantũ:vt.ff.e.l.neq̃ abſens. Effectus aũt adoptõ
nis eſt:vt habeatur per omnia:vt filius eius q eſt
adoptatus:ita vt ab inteſtato ſuccedat. C.e.l.ſi.
Item ſi ſit arrogatus:eius filij ⁊ nepotes transe/
unt in poteſtatem arrogantis:ſecus ſi ſolũ adop
tatur. Item arrogator tenetur dimittere arroga
to quartam partem omniũ bonorũ que habet
⁊ hoc ſiue in teſtamento ſiũ velit eum emanci/
pare:ſed adoptator nil tenet relinq̃re filio adop
tiuo:niſi velit. C.e.l.i.⁊.z. Sed ab inteſtato ſuc/
cedit etiam adoptiu⁹ adoptanti. Ricar. in. 4. ⁊
tho.ibi.

## De filiatione naturali

de qua dicitur gene. 4. Adam cognouit euam
vxorem ſuã:⁊ gẽuit Cain:⁊ poſtea Abel.⁊ hec
triplex. ¶ Filiatio legitima. ¶ Filiatio illegitia.
¶ Filiatio legitiata. ¶ Filiatio legitima eſt:qua
quis ex legitimo matrimonio ideſt vxore ſuſci/
pit filium:vt patet in geneologia chriſti: mat.i.
vbi dicit. Abraam genuit Iſac filium ex Sara
vxore ſua:⁊ Iſac iacob filium ex Rebecca vxo
re ſua ⁊c. Uerum non ſolũ qui generant ab aliq̃
dicunt filij eius:ſed etiam nepotes ⁊ omnes de/
ſcendentes ab eo:vñ omnes dicimur filij adaz:
eccleſiaſtes. ¶ Graue iugũ ſuper filios adam a
die exit⁹ de ventre matris ſue in diez. Et ex hoc
chriſtus dicit filius dauid in euangelijs :qz de/
ſcẽdit a dauid ſecũdũ corpulentaz ſubſtantiam
quam traxit de virgine ſine virili ſemine. Qz ãt
dicatur ioſeph pater eius. Luc.z. Ego ⁊ pater tu
us ſcilicet ioſeph querebam⁹ te.dictum eſt: quia
nutriti⁹ eius erat:vt dicit orige.vl ſic a vlgo exti
mabat. Unde iudei ⁊ phariſei vilipendentes eũ
dicebant. Nonne hic eſt fabri fili⁹ ſcilicet ioſeph
mat.iz.luc.4.marc].6. Io.6.c. Et de his dicit ec
cleſiaſt.7.c. Filij ſũt ibi erudi illos. ¶ Illegitim⁹
eſt qui natus non eſt de legitimo matrimonio:
ſed per fornicationem adulterium vel inceſtuz.
Et qui naſcuntur ex concubinis indubitato af/
fectu retentis:non autez ex meretricibus ⁊ ſcor
tis:hi illegitimi ſuccedũt parentibus ab inteſta/
to cum matribus ſuis in duabus vncijs.i.6.pte:
vt dicit pe.de palu.in.4. Dicunt autẽ illegitimi:
qui contra legem matrimonij nati ſunt. Nati ãt
per adulteriuz vel inceſtum dicuntur ſpurij: ⁊ in
nullo ſuccedunt:⁊ dicuntur etiam ĩnaturales:qz
naturalis ratio talem copulam damnat. Qui aũt
naſcuntur de matrimonio:ſed celebrato diuor/
tio quo ad torum per religionem vel ordinis ſa
cri ſuſceptionem:ſicut accidit ſancto genebaldo
qui factus epiſcopus laudoñ. viſitans vxorem
ſuam:neptem ſancti remigij factam ſãctimonia
lem:inſtigante diabolo cõgnouit eam:⁊ concipi
ens peperit filium:quem vocauit latronem:qui
poſtea ob ſanctitatem poſt mortem patris fact⁹
eſt ibi epiſcopus. vtrum talis filius cẽſendus ſit
illegitimus:ſunt opi. Aliqui dicunt legitimum
eſſe:quo ad ſpiritualia non quo ad ciuilia. Sed
dicit pe.idem:q̃ poteſt dici q̃ ſit legitimus ſim
pliciter:quia de legitimo matrimonio. Tales il/
legitimi communiter ſunt malorum morum vt
dicitur ſapie. 4.⁊ di.56. Si gens anglorum ⁊
ab honoribus ⁊ dignitatibus ciuilib⁹ ⁊ eccleſia/
ſticis ac ordine repelluntur.di.56. Uerum vt ait
aug⁹.vndecunq̃ naſcantur homines:ſi parentũ
vitia non ſequantur:honeſti ⁊ ſalui erunt. Et io.
chryſo. Ex meretrice natus ⁊ adultera:ſi ꝓpria
auctoritate decorentur:parentum ſuorum non
dcoratur opprobrijs: di.56.nũq̃. ¶ Legitimat⁹
eſt:qui natus illegitimus per modum datum a
lege fit legitimus de quo videndum.j. De om/
nibus his exceptis filijs diaboli:q ſcilicet imitã
tur maliciam eius dici poteſt illõ. Dij eſtis ꝑ glo
riam participatam:⁊ filij excelſi omnes per gra/
tiam communicatam a chriſto vnico ⁊ dĩ p̃mo
filio nominato :vt ſit ipſe primogenitus in mul
tis fratribus ideſt principalis ⁊ maximus di/
gnitate

## De legitimatiõe ille/

gitimorum. Nõ ſecundum pe.de palu.
in.4.di.41.q.37. Primo de legitimatione : que
fit ſeu inſtituta eſt per ius ciuile. Sciendum igi/
tur q̃ q̃tum ad legitimationem iuris tres ſunt
concluſiones.

## Prima de legitimatio/

ne iuris ciuilis in ſex caſibus. ¶ Prim⁹ modus
ſecundum iura ciuilia eſt:quando pater filium
naturalem ex concubina ſuſceptum tradit curie
ciuitatis ſue vel curie metropolitane ⁊ fit officia
lis in ea:qđ fit per honorem curie. ¶ z⁹ eſt quan
do pater filiam naturalem iungit officiali curie
ſue ciuitatis vel metropol. ¶ 3⁹ eſt quando fili⁹
naturalis offert ſeipſum deficiente prole legitĩa
nam alias non liceret ſe offerre:quãuis patri lice
ret offerre ipſum. ¶ 4⁹ eſt:deficiente prole legi
tima pater cum concubina offert pro eo legiti/
mando preces principi:⁊ princeps eas admittat
¶ 5⁹ eſt quando pater in ſuo teſtamento ſolen/
niter facto eum vocat naturalem legitimum.
¶ 6⁹ eſt ſi pater in inſtrumento publico vel ꝓ/
pria manu confecto habente ſubſcriptionem tri
um teſtium fidedignorum : dixerit eum filium
legitimum:⁊ hoc caſu:ſi in hoc pater teſtimoni/
um perhibuit vni ex filiis naturalibus : ſuffi/
cit ad legitimationem. Et de his habentur ex
preſſe iura ciuilia in varijs locis. Sed iſtud non
tenet hodie propter duo. ¶ Primo:quia non
ſunt leges canonizate.in rebus enim nõ eccleſia
ſticis nec ſpũalibus ligant leges imperatoꝝ: niſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſint per papam reprobate alias non:quia leges
non dedignātur ſacros canones imitari:ſed ī ec
cleſiaſticis ⁊ ſpiritualibus nō habent efficaciaꝫ:
niſi ſint per canones approbate: q̄uis alias ſint
rationabiles ⁊ honeſte:ſicut in rebus eccleſie: n̄
alienandis:de hereticis nulle leges valent:niſi ī
quantum ſunt per canones approbate ēt ſi non
eſſent ſpecialiter reprobate. Unde cum cā ma/
trimonialis ⁊ legitimationis ſit eccleſiaſtica:nec
incidenter etiam pertineat ad iudicium ſeclare:
ergo quicquid de legitimatione leges cavēt non
valet niſi in quātum ē per papam approbatum:
Non ſunt autem alicubi illi ſex modi per cano/
nes approbati. ¶ Primo illi modi receſſerunt
ab aula:quia nec in curijs imperatorum: nec ci/
uitatum nec principum tenet:immo viſum eſt:
ꝙ in ſpurijs de domo regis:ita volebat rex ha/
bere ſucceſſionem:ſicut in alijs:ergo ꝓpter ōdi/
cationem curie imperatoris non reputat eos le/
gitimatos.

## Secunda cōcluſio eſt

de legitimatione ꝓpria iuris:que eſt p̄ ingreſſuꝫ
religionis:qui eos legitimat:quantum ad oēs or
dines:⁊ nullam dignitatem ꝓprie dictam:vt ꝙ
ſit p̄latus per electionem de fi.pſ.c.i. Nam curā
animarum iure ordinario ſiue per electionē ſiue
per commiſſionem habere non poteſt. Et ꝙ ali
qui dicunt:ꝙ cum ſpurio religioſo epus diſpen
ſare poſſit ad curam ⁊ abbatiam:non legi. Simil'
ꝙ poſſit ex hoc ſuccedere vel ordo p̄ eo q̄ ſuc/
cederet:ſi ipſe eēt legitimus. C. de ſacroſan.eccl'.
deo nobis non legi:nec credo:quia hoc ē ſtricti
iuris. Unde ſi ē legitimatus quo ad ordines: nō
ꝓpter hoc quo ad ſucceſſionem. Intelligitur āt
ingreſſus cum effectu.ſ.per ꝓfeſſionem tacitam
vel expreſſam.

## Tertia concluſio eſt de

legitimatione cōi iure canonico ⁊ ciuili. Unde ē
tertius modus vtriuſq; iuris:quando ex concu
bina:ex qua nati ſunt filij prius:ducimus in ma/
trimonium. Per ſequens.n. matrimonium filij
prius ſuſcepti ex illa fiunt legitimi quo ad oīa:ſi
tpe cōceptionis poterat eſſe vxor legitīa quāuis
alias meretrix cōmunis ſiue mediate ſiue īmedi
ate ducta fuerit:aliter nūq̄. Ubi vertitur qō dn̄i
calis bartholomei :ſuppoſito ꝙ p̄mogenitus le/
gitimus debeat habere regnum:quis debeat hē
re:an primogenitus naturalis ex concubina, an̄
mortem ducta in coniugiū:an ſecūdogenitus ſē
per legitimus:⁊ q̄uis multa dicta ſint pro ⁊ con
tra:tamen iſtud videtur verius:ꝙ ſi ius p̄moge
niture ſit tale:ꝙ cedat ante mortem patris:vt q̄
poſt moriens tranſmittat ius ſuccedendi ī regno
patris ad nepotes:excluſo ſecundogenito:tūc n̄
ſufficit ꝯcurrere ante p̄mogeniturā ⁊ legitimita
tem:niſi iſtud ius naſcendo acquiratur. Un̄ cum
ſecūdo ꝫenitus naſcēdo hoc ius acq̄ſierit:q̄ an̄
ſe alium legitimū nō habuit:legitima cōſequēs
legitimū ius q̄ſitum non tollit. Si āt ius p̄moge
niture ē talis nature:ꝙ ante mortē patris nō ce/
dit:q̄ tpe mortis verum eſt dicere:iſtū p̄moge/
nitum ⁊ legitimū:videtur ꝙ debeat p̄ferri.

## Quantum ad tertium

de legitimatione hominis ſunt tres concluſiōes
¶ Prima de legitimatione epi. Et quidem quā
tum ad epm:certuꝫ eſt:ꝙ poteſt legitimare quo
ad minores ordines ⁊ ſimplicia beneficia.id eſt
que non ſunt cure aīarū nec dignitatis :de fi.pſ.
c.i. Hoc autem intelligendum eſt ō ſubditis: q̄
non ſubditum nemo poteſt ſoluere vel abſoluē
ſicut nec ligare. ¶ Unde cuꝫ legitimare ſit a pe
na iuris abſoluere:nullus poteſt non ſubditum
legitimare propter qō non ſubdito ſpurio epus
non poteſt dare beneficium:nec minorum ordi
num executionem:niſi p̄us a ſuo epo fuerit legi/
timatus:qō ſi factum fuerit:tunc poteſt a quocū
q; beneficiari ſeu ordinari cum litteris dimiſſo
rijs:ſicut ⁊ legitimus. Unde ſi eps ſcienter ſubdi
to ſuo illegitimo conferat ordines vel beneficiū
eo ipſo diſpenſare videtur.nullus autem prela/
tus papa inferior poteſt legitimare ad ſucceſſio
nem hereditatis:q̄ non eſt ei permiſſum.ad ſe/
quentia autem videtur legitimatus:ex quo ē ad
antecedentia. vnde q̄ canonici maxime cathe
dralium eccleſiarum in iudices impetrantur:vi
detur ꝙ ſi alias illegitimi iudices eē nō poſſent
q̄ de hoc ſunt opi.tn̄ eoipſo ꝙ canonici ſunt in
iudices ſicut ⁊ ceteri īpetrari pn̄t:q̄ non dꝫ cui
qō eſt maius lꝫ qō minus eſt non licere.

## Secunda concluſio eſt

de legitimatione pape:q̄ papa certū eſt ad oēꝫ
ordinem beneficiū ⁊ dignitatē eccleſiaſticā legi
timare poteſt:q̄ ad hoc legitimare nō ē aliud q̄
īpedimenta iuris canonici amouere ſibi ⁊ a pe/
nis canonū:quibus ligatus eſt ipſū ſoluere. Sꝫ
papa poteſt ab oī pena canonis abſoluere:⁊ oē
īpedimētū poſitiuū amouere ergo ⁊c. Papa er
go legitimat ⁊ ad actus ſeculares ⁊ ad act' ſpua
les:⁊ ad ſucceſſionē hereditariā in terra ſibi ſb/
dita. Sed vtruꝫ hec legitimatio valeat: quo ad
ſucceſſionē in terris pape non ſubditis dubiū ē.
Quidam enī dicūt ꝙ ex quo aliquis legitimat̄ a
papa in ſpualib':videtur legitimatus per conſe/
quentiā quādam ⁊ in tpalibus:ne ſit abſurdū ⁊
quaſi mōſtruoſū:vt legitimatus ad ſpualia :ille/
gitimatus ad tpalia cenſeatur:multa enī p̄ conſe
quentiā obtinētur. Et hanc opi.tenet gof.ī ſūma
⁊ cōcor.cū illo.c.p venerabilē. Alij dicunt ꝙ in
terris nō ſubditiſ tpali iuriſdictioni pape:legitīa
tio facta per eū non valꝫ quo ad ſucceſſionem:
que eſſet preiudicialis legitimatio heredi:lꝫ va
leat quo ad act' ſpirituales ī dignitates ſeculares
Et hoc tenuit de facto in regno frācie:q̄ p̄mo/
genitus comitiſſe flandrie legitimatus per papā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non ſucceſſit in comitatu ſed alius minor: q erat
legitimus. Uerius autem videtur ꝙ in terra ec-
cleſie non ſubdita tp̄aliter: papa poteſt legitimare
q̄tum ad officia publica: in quibus nulli parat
p̄iudicium: vt qꝛ ſit iudex ordinarius vl̄ delega
tus: ad qđ non requiritur: ꝙ ſit dn̄s tp̄alium: cū
hoc non ſit alicui ius tp̄ale auferre. Item etiam
ad hoc ꝙ ſuccedat in bonis temporalibus in ter
ris laicorum non ſibi ſubiectis: dato ꝙ non ha-
beat dominium temporale: tale quale īperator:
qꝛ ſi iſte non perdit ſucceſſionem niſi per hoc: ꝙ
eſt illegitimus: ⁊ illegitimitas eſt poſitiua ⁊ hu
mana: vt qꝛ parentes eius contraxerūt in gradu
per ſolum ſtatutum eccleſie prohibito vel alio
impedimento pure poſitiuo: ⁊ iſtud eſt mere ca-
nonicum: qꝛ ius ciuile nō poteſt facere perſonas
inhabiles ad matrimoniū: ſed omne impedimē
tum a iure canonico impoſitum papa pōt amo-
uere ergo ⁊c̄. Si dicatur: ꝙ papa poteſt amoue-
re a principio: non ex poſtfacto: dicendum ꝙ im-
mo non: ꝙ ipſe faciat ꝙ fuerit natuſ de legitimo
matrimonio: qui non fuit: ſed qꝛ non repellitur a
ſucceſſione: niſi per hoc ꝙ cenſetur illegitimus:
ille conditor legis: qui iudicat eum illegitimum
poteſt eum iudicare legitimum. Si autē ſit ille-
gitimus lege diuina vel naturali: idem eſt per id
qđ tactum eſt modo: qꝛ cum nō priuetur ꝑ hoc
ꝙ natus eſt illegitime: qꝛ tunc a quocūqꝫ legitia-
tus priuaretur. Sed per hoc ꝙ nūc iudicatur il-
legitimus eccleſia cuius eſt iudicare an ſit illegi
timus: etiam ad hoc ꝙ ſuccedat: ipſa poteſt euꝫ
facere haberi pro legitimo: ſi aliquis hoc poſſit
facere: ñ ꝙ quicūqꝫ poteſt iudicare de legitītate
poſſit legitimare. Sed ſuppoſito ꝙ aliqs poſ-
ſit legitimare: qui non poſſit de legitimitate co-
gnoſcere ⁊ iura punientia illegitimitatem tolle-
re: poteſt eam efficere. Hoc autem intelligendū
eſt reſpectu iuris querendi: vt quādo filius legi-
timatur patre viuente: quando etiam conſtat de
mente pape: qui exp̄mit quaſi ad ſucceſſionē: ali
as ⁊ ad omnia ipſum legitimat ⁊ reſtituit. Nam
ſi exp̄mat aliqua ad que legitimat: ñ propter hᵒ
ad alia intelligitur legitimare: niſi quando ſunt
minora: ⁊ non ſunt in alterius p̄iudicium: ſicut ſi
legitimat ad dignitates per cōſequens: ꝙ poſſit
eē conſeruator vel hiᵉ. Sed non propter hoc ꝙ
parentibus ſuccedat: etiam ſi ſimpliciter ⁊ quo
ad omnia legitimaretur: niſi ſucceſſionē exp̄me
ret: adhuc intelligeretur ſaluo iure alterius: ⁊ ꝑ
conſequenſ non extenderetur ad ſucceſſionē. Si
autem queratur de iure queſito: vtputa de legiti
mando filium poſt mortem patris ad ſucceden
dum illi: legitimis eſt iam ius queſitum: aliud ē
qꝛ hic obſtat non ſolū impedimentum iuris po
ſitiui dicentis ipſum non debere ſuccedere: ſꝫ im
pedimentum iuris naturalis dicentis rem iuſte
queſitam ſine culpa ⁊ facto ſuo debere perdere
qđ non poteſt facere papa: niſi ſit dn̄s tp̄alium ī
caſu: in quo princeps hoc poſſet.

**Tertia cōcluſiō eſt de**
legitimatione ꝑncipis ſecularis. Ubi đ principe
ſeculari eſt ſciendum: ꝙ nō poteſt legitimare ad
aliquid ſp̄uale. nec plus tollere vinculuꝫ illigiti-
mitatis: quo ad ſp̄ualia q̄ꝫ abſoluere ab excōica
tione: qꝛ nō poteſt directe amouere impedimen
tum eccleſiaſticum: niſi iudex eccleſiaſticus: pōt
tamen legitimare omnē ſuū ſubditum: quicūqꝫ
in temporalibus non habet ſuperioreꝫ dn̄m tē
poralem: ſiue ſit impator ſiue rex francie ſiuē ali
us: qꝛ ex quo in tp̄alibus non habet ſuperiorem
reſpectu tp̄aliū poteſt ipe penas temporales ſuo
rum ſubditorum ſtatuere vel deſtituere ſic̄ vult
nec alius eis non ſuperior poteſt ſubditis impo-
nere penas: niſi in quantū approbat ſꝫ illud. Tu
qui es qui iudicas alienum ſeruum. Si ergo lex
ciuilis dicit ſpurium non ſuccedere vel iudicarī
non ligat ſpuriuꝫ francie: niſi in quantū placet re
gi francie. Unde q̄tuꝫ ad hoc poteſt legitimare
.i. q̄tum ad hanc penaꝫ non imputare illegitimi
tatem: ⁊ hoc ſimpliciter reſpectu iuris querendi
vl̄ ꝑꝑ vniuerſitatē dn̄ij: ſꝫ ñ r̄ſpectu iur̄ iā acq̄ſiti
ſed in caſu ī quo poteſt vni auferre ⁊ alteri dare

## De legitimatione q̄uo

fieri poſſit per papam impatorem vl̄ alios. ber.
ſup. c. per venerabilem extra qui fi. ſint le. nō. per
anto. de butri. ſic ſūmatim. De papa loquēdo de
legitimatione: que fit per eum. Aut fit hoc circa
ꝓlem futuram aut circa ꝓlem illegitime natam.
Et circa ꝓlem futuram poteſt legitimare ⁊ ī ter-
ris eccleſie ⁊ in terris imperij: ⁊ generaliter vꝫ re
mouendo aliquem gradum cōſanguinitatis vel
affinitatis. De his que ſūt de iure poſitiuo: ſicut
gregorius. 9. remouit. 5. ⁊. 6. gradum generaliter
vt extra de conſan. ⁊ affi. non debet. vel diſpen-
ſando particulariter cum aliquibus: vt contra-
hant in. 3. vel. 4. gradu attinentes. Et ſic legitiā
re dicitur quo ad prolem futuram: vt habeātur
legitimi: qui alias eſſent illegitimi. Et in ſp̄uali
bus ⁊ temporalibus ſimpliciter tales erunt legi
timi. In gradibus aūt qui ſūt de iure diuino vl̄
naturali papa per hunc modum legitimare non
poſſit. Loquendo autem de prole illegitime na
ta: tunc aut hoc eſt faciendo conſtitutionem vel
legem factam ab imperatore confirmando: vt
nati de ſoluto ⁊ ſoluta: ſi tales genitores contra
hant matrimonium legitime: filij qui prius erāt
illegitimi ſint ⁊ intelligant̄ eē legitimi: ⁊ certū ē:
ꝙ poteſt vbiqꝫ: ⁊ ſic ſeruat̄. Aut q illegitiō exiſti
cōcedit iura legitiātiōis. Et ī ſp̄ualibus qdē pōt
papa tales legitiāre vbiqꝫ. ſ. ēt ī terris īpij: puta
vt poſſint ꝓmoueri ad ordīes ⁊ dignitates eccli
aſticas. In tp̄alibꝰ āt. ſ. quo ad ſucceſſionē hr̄dita
riam ⁊ honores: ſubdiſtigue: aut papa legitiāt ī
terris ſibi ſubiectis: ⁊ tūc poteſt: aut in terris īpij
⁊ tē ſi legitiāt ſibi ſuppoſitū vl̄ de ꝓprimo ſuppo
nēdū: puta clericū factū vel de ꝓprimo clericādū

⁊ tunc legitimando ſimpliciter: intelligitur legitimatus etiam in temporalibus. Si legitimat laicum remanentẽ: qui ĩpatorem recognoſcit in ſuperiorem: ⁊ tunc non poteſt ſine conſenſu imperatoris: qui p̃eſt illi. Et iſtam opi. tenet bar. in. l. qui in prouinciam. C. de nup. ſcilicet ꝙ in terris imperij papa nõ poſſit in temporalibus legitĩare.

# De imperatore certũ

eſt: ꝙ non poteſt legitimare ſuper ꝓle futura: quia non poteſt tollere per legem ſuam gradus conſanguinitatis ⁊ affinitatis: nec diſpenſare in gradibus conſanguinitatis ⁊ affinitatis: q2 nõ habz diſponere de matrimonio. Et ſi ſuper conderet legem: nil valeret talis legitimatio: niſi eccleſia approbaret ꝙ nati ex fornicatione hẽantur legitimi: ſi poſtea genitores contrahũt inuicẽ matrimonium. Inſuper in terris ſuis: ⁊ multo magis ĩ terris eccleſie non poteſt imperator legitimare in ſpualibus: vt. ſ. promoueri poſſint ad ordĩes. Sed legitimatus ſimpliciter ab ĩpatore vl' ab eo qui hz hanc auctoritatem legitimandi ab ĩpo indiget diſpenſatione pape ſi vult ad oẽs ordĩes vel beneficia curata ⁊ dignitates ꝓmoueri. In tẽporalibus autem vt in ſucceſſionibus ⁊ honoribus ſeculi: poteſt legitimare in terris ſuis: ſed nõ in terris eccleſie: q2 abſurdum eſt dicere: ꝙ imperator haberet maiorẽ poteſtatẽ in terris eccl'ie q̃ꝫ papa in terris ĩperij. Sint ergo cõtenti terminis ſuis. Et hec ꝓcedunt de ĩpatore iam coronato: ſed de nõ coronato magꝰ dubitatur. Dicit tñ Iaco. de are. ⁊ io. an. in ſpe. in ti. de reſcriptis. Et idem eſt de his qui habẽt poteſtatem legitimandi ab ĩpatore: q2 poſſunt in caſibus in quibus ille poteſt ſc'm verba ꝓuilegij. Vñ vbi illi nõ pñt nec ille poſſet cum habeant auctoritatẽ ab eo. Dicit etiam Anto. de butri. ꝙ habentes ptãtez a papa vel ĩpatore legitimandi: non poſſunt legitimare ad p̃iudicium alterius: q2 tales conceſſiones intelliguntur ſine aliorũ p̃iudicio: vt ꝺ offi. dele. c. ſuper eo. ⁊ de ꝓui. c. paſtoralis. De ſolẽnitate legitimationis dicit anto. de butri. ꝙ oportet ꝙ illegitimus impetrans exp̃mat qualitatez illegitimationis. ſ. an ſit ſpurius vel inceſtuoſus: q2 difficilius diſpenſatur cum ſpurio vel ĩceſtuoſo: q̃ꝫ cum naturali tantum. Unde ⁊ io. an in ſpe. dicit: ꝙ ſi quis dicit ſe ſpurium impetrando legitimationem: ſi iſte eſt ſpurius duplicatus: vt ga ex vxorato ⁊ vxorata: cum alias nõ valeat ĩpetratio: ſi hoc non exp̃matur ſed reputatur ſubreptitia. vt in clementina illa eo. ti. de fi. p̃ſby. c. fina.

¶ Item cũ queritur an in legitimatione alicuꝰ debeant citari illi: in quoꝝ preiudicium fit: ſeu quibus preiudicatur. An. de butri. diſtinguit: q2 aliquando legitimatio fit in vita patris: ⁊ tunc poteſt diſponere de hereditate: quod vult ad p̃iudicium ſperantis hereditatem. Et valet talis legitimatio non vocata parte. Sed exigitur: ꝙ in ipſa legitimatione fiat mentio agnatorũ: nec ſufficeret p̃mum cum ſecundo. Si vero fiat legitimatio ad inſtantiam filij ⁊ intuitu patris: ⁊ ſatis poteſt dici: ꝙ non requiratur eorum aſſẽſus: ⁊ ſi illi legitimi eſſent confratres: dicit tamen idẽ ãto. ꝙ non valeret legitimatio niſi appareret principem certificatum: ꝙ alios liberos ipſe haberet: q2 iſta eſt cauſa inductiua facilius ad concedendum legitimationem eo ſcilicet ꝙ non hz alios liberos. Sed facta exp̃ſſione bene valeret hec impetratio. Idez. ſ. ꝙ ſi nõ fieret mentio ꝺ agnatis: non valeret impetratio: tenuit Io. an. ĩ addi. ſpe. Requiritur etiam aſſẽſus ipſius patris a p̃ncipio vel ex poſtfacto. Si autem fiat legitimatio pꝰ mortẽ p̃ris: de cuiꝰ ſucceſſiõe agitur: ⁊ tc̃ ẽ dubiũ an legitĩatio illa r̃trotrahat: ⁊ ſi r̃trotrahat vtꝝ tollat ius alt̃i q̃ſitũ medio tẽpore. Et dic̃ ipſe anto. ꝙ ſi fiat ꝑ verba non reſtrictiua legitimatio: vt dicendo. Conferimus tibi legitimationez tunc legitimatio retro non trahitur. Si autẽ fiat per verba reſtrictiua vt dicendo: integramus te ad oĩa p̃mecia nature: ac ſi legitime natꝰ eẽs: q̃ ſic fieri debet: quando vult totaliter integrare ipſe legitimans: ⁊ tunc legitimatio retrotrahitur. Sz vtruz ſic retrotrahitur: ꝙ tollat ius alteri medio tempore acquiſitũ: ſunt opi. Quidaz dicũt: ꝙ ſic bar. tenet contrariũ in. l. gallus. ff. de libe. ⁊ poſt. Et hoc niſi aliud ſibi. ſ. legitimato ſpecificetur reſtitutum. Et iſtam opi. vt veram approbat ipſe anto. ad hoc de reſcrip. c. q̃uis. li. 6. Et iſtã ſñiam tenet io. an. in addi. ſpe. Et dicit ipſe anto. ꝙ tenẽdo: ꝙ legitimatio retrotrahatur ad p̃iudiciũ illius: cui iam acquiſita erat hereditas: ⁊ tunc diſtinguendum: q2 aut filius fecit ſe legitimare ex tacita voluntate patris: qui declarauit velle ipm ſuccedere in teſtamento: ⁊ tunc non exigitur: ꝙ illi vocentur: quibꝰ p̃iudicatur: aut nõ apparet aliꝺ ⁊ tunc dicit ꝙ exigitur ꝙ citẽtur illi quibꝰ p̃iudicatur: imo exigitur eoꝝ conſenſus allegat. C. de natali. reſti. l. pe. Et hec vera: niſi hoc appareat de exp̃ſſa voluntate p̃ncipis: ꝙ voluerit preiudicare aliis in hereditate: ſed ſi non exp̃mat aliꝺ de iure alteri acquiſito: valet legitimatio: ſed nõ ad preiudicium eius: de cuius preiudicio agitur ⁊ hec vera de legitimatione quam facit in terris ſuis. Si autem alibi legitimaret: non poſſet etiã citatis illis quibus ius eſt queſitum: niſi ipſi cõſentiãt. Scienꝺ ẽt: ꝙ legitimatio peti poteſt per ꝓcuratorem.

¶ Titulus ſecundus de ſtatu continentium: ptiz ꝑ modũ ſermonis: ⁊ ptim doctrine. Ca. p̃muz.

# Adducẽtur re

gi virgines: poſt eam proxime eius offerentur. pſalmo. 44. ¶ Loquitur p̃s ꝺ eccleſia que vtiq3 eſt mater ⁊ virgo. Mat quidem oĩum fidelium: quos genuit in baptiſmo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf